Nouus portus, ponitur in Britannia. Ptol. Vul. Rye.

N ANTE Y.

Nuba, palus est Libyæ interioris. Ptol.

Nubæ, pop. sunt Aethiopiæ Aegypti. Ptol.

Nubi, pop. sunt Libyæ interioris. Ptol.

Nubium, vicus est Iberiæ regionis. Ptol.

Nuceria ciui. est Vmbrorum. Ptol. Vul. Nocera. cognominata Alphatenia.

Nuceria quoque ciuitas est Apulorum. Ptol.

Nuceria, Colonia Picentinorum in Italia. Ptol.

Nuceria, ciuitas quoque est Galliæ Togatæ. Ptol.

Nuceria, ciuitas est Campaniæ. Plin. lib. 3. cap. 5.

Nucerini, pop. dicti ab his Nucerijs.

Nucerinus ager, abluente Sarno est in ora Campaniæ.

Nuchul, fons est vnde Nilus erumpit. Pomp. lib. 3.

Nucranum, oppidum est Mysiæ inferioris. Ptol. emendandus legendo Nicomedia.

Nudianum, oppidum est Rheticæ. Plin. lib. 3. cap. 20.

Nuegerta, oppidum est Galliæ Belgicæ.

Nuceti, pop. in Campania ad Volturnum ad Sarnum. Cal.

Nuidunum, oppidum Mysiæ inferioris. Ptol. an Nouiodunũ

Numa Pompilius, vir Sabinus, secundus rex Romanorum a Romulo, iustitiæ & pietate insignis.

Numana, oppidum est Piceni in Italia. Pom. lib. 2.

Numantia, ciui. est Celtiberorum in Hispania. Ptol.

Numantiæ, ciui. est Clarissima in Tarraconensi, quam euertit Cæsar Augusta, alijs Iero Soria.

Nurcia, ciuitas est Vmbrorum. Vul. Norsa.

Nursia, super Sabinos Italiæ regio. Plinio ponitur.

Numantini, pop. sunt eiusdem ciuitatis incolæ.

Numantinus, cognomentum Scipionis Numantini.

Numestrani, pop. sunt Lucaniæ in Italia. Plin.

Numicius, siu. est Latij Veteris. Serv.

Numidia, regio est lata patens in Africa. Vul. El Reyno de Tunez. Tunes. (de Bugia.

Numidia noua, distinguitur eadem a veteri. El Reyno

Numidiæ, pop. sunt Africæ Numidiæ.

Numidiæ, dicti sunt a dictione Nomades. Plin. lib. 5.

Numidicus finis, qui adiacet Numidiæ.

Numistrum, opp. Brutiorum ad mediterraneum. Ptol.

Numitor, filius Procæ Albanorum regis, & Amulij frater. Romuli & Remi auus maternus.

Nundina, Romanorum Dea a nono nascentium die dicta, qui & Lustricus dies dicitur.

Nursia, a Virgilio frigida dicta.

Nursini, pop. sunt Sabinorum in Italia. Plin. lib. 3. (pas.

Nursinus, a. um. Mart. Nursinas Roteris parcius esse re

Nurum, opp. Africæ inter Bragadam & Tritonem.

N ANTE Y.

Nyctelius, dictus fuit Bacchus quod sacra eius noctu fierent.

Nycteus, Neptuni fuit filius ex Celene Atlantis filia.

Nyctimene, nomen quælibet quæ Nycteï filia fuit.

Nyctilæia, sacrificia nocturna quæ Baccho fiebant.

Nyctorix, regina Babyloniæ quæ post Semiramin sola regnauit. Herod. lib. 1.

Nymphas, antiqui aquarum Deas putabant quasi lymepharum numina. Interp. sponsæ.

Nymphæ, quoque dicuntur Musæ.

Nympholepti, dicuntur quasi Nympharum spiritu eorrepti. gentile Nymphæus.

Nymphæa, insula iuxta Adriam vbi Calypso habitauit

Nymphæa, insu. est adiacens Sardiniæ. Ptol.

Nymphæa. insu. dicta est prius quæ postea Cos. Pli. Vul. Lango.

Nymphæa, insu. est prope Samum. Pli. lib. 5. cap. 13.

Nympheum, pron. est Calcidicæ regionis Macedoniæ.

Nymphæum, opp. est ad paludem Mæotidem. Ptol.

Nymphæum, prom. est Liburniæ. Plin. lib. 3. cap. 22.

Nymphæus, portus est Sardiniæ insulæ. Ptol.

Nymphæus, specus est in Scythia Europæ. Pomp. lib. 2.

Nymphæus. flu. est Latij iuxta Velitras. Vul. Stora.

Nymphæs in Arcadia est gentile Nymphasius. Pausam. lib. 8.

Nymphon, vir quidam Colophonius de quo. Cic.

Nyrax, vrbs Celtica, gentile Nyracius. Steph.

Nysa mulieris nomen apud Verg. Ecloga 8.
Nysa, ciui Armeniæ minoris in prefectura Lycaonia.
Nysa, opp. Arabiæ in quo Bacchus educatus fuit Nymphis Luc.
Nysæus, a um. Luc. Bacchum, q. auartere Nysa. Luc. In qua Nisæus, Hydaspes.
Nysa, mons est & ciuitas in India Strab. lib. 15.
Nysii, pop. Indorum cognominati sunt a Nysa.
Nysa oppidum est Bœotiæ. Hom. 2. Iliad.
Nysa, ciuitas est Thraciæ Steph.
Nysa, ciui. in qua regnauit Nysus. Strab. Stat. sautris.
Nyscides, a Nysa Arabiæ. Ouid. Nymphæ Nyscides
Nysigena, qui in Nysa natus est. Catull.
Nysæa, ciui & emporium est Negaridis in Achaia.
Nysiada, insulæ Naxos. Diod. Vulg. Nicsiuit
Nysibis, ciuitas est Mesopotamiæ Ptol. quæ in sacris literis dicitur Achar.
Nyssa, oppidum est Cariæ Ptol.

DE LITTERA O.

OA, vicus Atticæ in Pandionide tribu. Steph.
Oanus, vrbs Lydiæ. Steph.
Oasis magna, & Oasis parua, vrbes sunt Aegypti. Ptol.
Oasitæ, populi Aegypti ab vtraque dicti.
Oaxis, fluu. est Cretæ insulæ. Verg.
Oaxus, ciuitas est Cretæ insulæ. Herod.

O ANTE B.

Obera, ciuitas est Arabiæ desertæ. Ptol.
Obana, ciuitas est Assyriæ. Ptol.
Obareni, pars Armeniæ, circa Cyrum fluuium. Steph.
Obila, ciuitas est Hispaniæ Lusitaniæ. Ptol.
Obilæ, pop. sunt Aegypti. Ptol.
Oboca, fluuius est Hyberniæ insulæ. Ptol.
Obolium, oppidum est in Mysia.
Obrapa, ciuitas est Arabiæ felicis. Ptol.
Obrica, opp. est Bardulorum in Hispania.
Obrima, flu. est in Mæandrum cadens. Plin. lib. 5.
Obrincus, flu. est Galliæ Belgicæ. Ptol. Vulg. Mosella.
Obrita. flu. est prouinciæ Narbonensis. Pli. lib. 3.
Obsicella, opp. est Cæntabriæ. Strab. lib. 3
Obucula, siue Obulco, opp. est Bæticæ. Plin. lib. 3. Vulg.
Obulensis pop. sunt Mysiæ inferioris. Ptol. (Vbeda.

O ANTE C

Oca, ciuitas est Indorum. Strab. lib. 15.
Ocalea, opp. est Bœotiæ regionis. Diod. lib. 9.
Ocanidia, ciui. est insu. Arabiæ. Diod. lib. 6.
Oceanus, fuit Cœli & Vestæ filius, Tethyos coniunx.
Oceanius, a, um. & Oceanides, patronymicum fœminium ab Oceanus.
Oceanus, mare dicitur, quod vniuersam terram circuit dictus ab Ocys, quod est Velox. Seru.
Oceanus Septentrionalis, qui & Glacialis & Scythicus dicitur. Vulg Mar elado. (citur
Oceanus Septentrionalis, à Cimbris Marimarusa di-
Oceanus & Cronios, ideſt Saturnus, & necros. ideſt mortuus dicitur.
Oceanum, poetæ, pro quocunq; mari vsurpant.
Ocelis, oppidum est Arabiæ felicis. Ptol.
Ocellum, prom. est Britanniæ. Ptol. Vul. Spron.
Ocellũ, opp. est Hispaniæ Lusitaniæ, Ptol. Vul Otero del Rey.
Ocelenses, pop. sunt Lusitaniæ. Plin. lib. 4. cap. 22.
Ocelenses alij, pop. sant iuxta Durium fluuium.
Ocelum, opp. est Alpinũ Cæsari. li. 1. de bello Gallico.
Ocetis, insu. est adiacens Britanniæ. Ptol.
Ochamanis est Eubœæ insulæ. Strab. lib. 10.
Ochesius, Actolorum dux, vir longe præstantissimus bello Troiano interemptus. Hom.
Ochryi pop. sunt in Thessalia. Strab.
Ochus, flu. est Bactrianorum. Plin. lib 31. cap. 7.
Ociroe, Nympha Oceani & Tethios filia. Hesiod.
Ochnus, filius Tyberis & Manthus Mantuæ conditor quem Verg. Bianorem vocat.
Ocni, nomen, non tam significatur ignauus, quam labo (bonosus
Ocra, opp. est Carnorum quod interijt.
Ocra, ciuit. est Italiæ. Strab. lib. 4.
Ocra, mons est vna ex tribus portionibus Alpiũ. Seprà
Ocriculum, ciui. est Vmbrorũ. Ptol. Vul. Vtricul.
Ocrium, quod Damonium, promon. est Britaniæ. Pto. Vulg. Mons S. Michaelis.
Octapicarum prom. est in Britanniã. Ptol.
Octauia, gens a Velitris nomen accepit. Suet.
Octauis, primus Cæsarum Aug. cognominatus est.
Octauius Augustus, natus est M. Tul. Ciceroni. Coss.
Octauus Manilius, cũ quo A. Posthumius dictator bello Tusculano, dimicault. Cic.
Octauius Balbus, iudex, homo & iuris & officij peritiss.
Octauius Marsus, sceleratus latro fuit. Cic. (simus.
Q. Octauius, a Lucio Cinnasuo collega interfectus.
Octauius Auitus & Roetelius Faustinus, furta Vergilij adnotarunt. Seru.
Octauiæ, duæ portibus Romæ appellabantur. Fest.
Octauiæ porticus, prope theatrum Marcelli ab Octauia sorore Augusti factæ.
Octauiæ porticus, prope theatrum Pompeij quam fecit Cn. Octauius, Cn. filius. Fest.
Octauianus, a. um. adiectium, vt. Bellũ Octauianũ. Cic.
Octauiolca, ciuitas est in Hispania. Ptol.
Octodurenses, pop. sunt Alpini. Plin. lib. 3. cap. 20.
Octodurum, Veragrorum, opp. Vul. S. Mauricio.
Octodurum, vrbs Hispaniæ Tarraconensis. Ptol. alio nomine campus Gothorum Vul. Toro.
Octopolis, ciuitas est Lyciæ. Ptol.
Octulani, pop. sunt in veteri Latio. Plin. lib. 3.
Ocyalus, vnus Phœacum tempore Alcinoi regis. Hom lib. 7. Odyss.
Ocypete, vna est Harpyjs, sic dicta quod alarum velocitate polleat.
Ocyroe, Chironis Centauri fuit filia Ouid.
Ocyron, fluuius est in finibus Arcadiæ.

O ANTE D

Odessa, locus est prope oppidum Patras. Sol. cap. 14. alij qui legunt Scioessa.
Odessus, opp. Thraciæ. Strab. li. 7.
Odympolis, regio Heracleæ, iuxta Pontum. Step.
Odius, Halizonũ dux quem Agamenon interfecit Hom. Iliad. 5.
Odogana, ciuitas est Arabiæ desertæ. Ptol.
Odogra, ciuitas est Cappadociæ. Ptol.
Odomantes, pop sunt Thraciæ. Plin. lib. 4. cap. 11.
Odones, pop. Thraciæ Medis vicini. Ptol.
Odrangidæ, pop. sunt Libyæ interioris. Ptol.

Odrisæ,pop.sunt Thraciæ.Plin.lib.4.cap.11.
Odrysius,a.um.Mart.Victor ab Odrisio redditur orbe Deus.
Odyssea,siue Vlyssea,promontorium est Siciliæ.Ptol. Vul puerto de palo.
Odyssea,opus insigne Homeri de Vlyßis vita & erro (ribus
Odyssus,ssi.est Mysiæ inferiori.Ptol.
Odytes,vnus e Centauris Ixionis & Nubis filius.

O ANTE E.

Oea,ei.insignis Africæ,vnde Oensis.
Oea,vna fuit ex tribus quæ Tripolim Africanam fecerant.Solin.
Oenses,pop.sunt Africæ inter duas Syrtes.
Oegres,fluu.est Traciæ pater Orphei vatis vnde Hebrus nascitur.Seru.vnde.
Oegrius,a.um.Virg.Gurgite cum medio portas Oeagrius Hebrus.
Oeanthe,opp.est Locrorum Ozolarum.Pli.lib.4.c.5.
Oeaso,duplex,ponitur in Hißania.Ptol.
Oebades,Darij stabularius,cuius industria ipse Darius Persarum regnum adeptus est.Herod.
Oebalia,dicitur Tarentum,quod Lacones in Italia ducente Phalanto condidere.Vulg.Taranto.
Oebalia,Laconia dicta est ab Oebalo Tindari patre.
Oebaliæ matres,non leue nomen habent.i.Italicæ.
Oebalius,a.um.pro Laconicus ab Oebalia.Mart.
Oebalius,Phœbi culpa doloriq; puer,Auso.Oebalius flos. (frandate inuenta.
Oebalides Hiacynthus.Ouid.Laberis Oebalide prima
Oebalides,id est.Castor vel Pollux.Oebalis.1.Helena.
Oebalus,Argalij filius,rex Laconiæ,a quo Oebalia.
Oebalus,Teloatis regionis Caprearũ insulæ prope Neapolim filius,& Nymphæ Sebethidis.Seru.
Oechaleus.fluuius qui Oechaliam preterfluit.Hom.
Oechalia,pars Laconiæ propinqua Thessaliæ,a qua.
Oechalia,opp.Messeniæ in Peloponneso,Strab.
Oechalia altera,opp.in Eubœa insula.
Oecyrines,vir Argiuus,qui donauit Agamemnonem thoracæ pulcerrimo.Hom.Iliad.lib.11.
Oedipodia,fons est Bœotiæ.Plin.lib.4.cap.7.
Oedipus.odis filius Laij Thebanorum regis & Iocastæ
Oedipodionius.a.um adiectiuum ab Oedipo.Ouid.
Oedipodionia quid sunt nisi nomina Thebæ.
Oemadæ.pop.sunt in Thessalia.Strab.
Oenades,pop.sunt Indiæ.Strab.
Oenæi,pop.sunt Liburniæ.Plin.lib.3.cap.22.
Oenanthia,ciuitas est Sarmatiæ Asiaticæ.Ptol.
Oenare,insula est contra Ephessum.Plin.libr.5.cap.31
Oenanda,siue Oena,oppidum est Lyciæ.Ptol.
Oeneus,Calydoniæ rex & Deianiræ pater.
Oeniadæ,pop.fuerunt in Acarnania.
Oenoa,opp.fuit in Attica regione.Plin.lib.4.cap.7.
Oenoa,ciuitas est Laconiæ in Peloponneso,Strab.lib.8.
Oenoa,insul.vna Cycladum quæ postea Sicinus dicta Vulgo Sifano.
Oenochema,mons est in finibus Africæ.
Oenochonus,flu.Thessaliæ in Peneum defluens.Herod (Steph. lib.7.
Oenoe,vna ex duabus vrbibus Icariæ,gentile Oenoeus
Oenamaus,rex fuit Elidis & pater Hippodamiæ,qui victus a Pelope regnum amisit.
Oenone,insula prius dicta quæ postea Aegina.Vulgo Legina.
Oenone,Nympha in Ida monte a Poride adamata.
Oenopi.pop.sunt Italiæ.Strab.
Oenopia,insu.est quæ alio nomine Aegina dicitur.Oui.7 Metam.Vulg.Legina.
Oenopius.a.um.adiectiuum,vt,Mari Oenopij Ouid.
Oenopides,nomen viri mathemati ex Chio insula.
Oenops,vir Peloponnesius apud Homerum.
Oenotria,quondam dicta est pars Italiæ.
Oenotrij,pop.fuerunt illius regionis.
Oenotrius Ianus dictus est.
Oenotrides,dictæ sunt duæ insulæ,quæ sunt contra Veliam.Pontia scilicet & Isacia.Plin.lib.3.cap.7.
Oenunia,ciuitas est Parthiæ regionis.Ptol.
Oenussæ,insulæ tres in sinu Asineo.Plin.lib.4.cap.12.
Oenussa,insu.est prope Chion insulam.Pli.lib.5.
Oenussa,olim vocabatur Carthago.Steph.
Oeon,vicus est in tribu Leontidæ.Steph.
Oeos,opp.Tegeæ,ciues Oeatæ.Steph.
Oeroe,insula est Asopi fili.Herod.lib.9.
Oescus,ciuitas est Mysiæ inferioris.Ptol.
Oescus,ciuitas est Daciæ.Ptol.
Oesporis,vicus est ad Syrtim magnam.Ptol.
Oestros,flu.est Pamphyliæ regionis.Pom.
Oesyma,siue Aesyma,ciuitas est Thraciæ.Pom.
Oeta,mons inter Thessaliam & Macedoniam.Plin.lib.25.cap.5.in quo Hercules seipsum combussit.
Oeta mons est Doridos.Plin.lib.4.cap.27.
Oetiæ,pop.sunt eius montis accolæ.
Oetæus,sinus est Bœotiæ in Achaia.Ptol.
Oethymi,pop.sunt iuxta ponium,Perott.
Oetoscyros,lingua Scythica Apollo dicebatur.
Oetus,frater Ephialtis gigantis filius Alœij.Verg.
Oetylus,vrbs Laconiæ,ab Oetylo heroe.Steph.
Ocurãsius,mons est Galliæ Celticæ. (Steph
Oezenis,vrbs Ponti,quæ deinde Trapezus dicta est

O ANTE F.

Ofentina tribus,ab ofente fluuio,dicta est.Fest.
Ofentina,ab Vfente dicitur.Fest.
Offotus,Et scribit Saxo Grãmaticus,fuit gigas & pa- O ANTE G. ster.
Ogdolapis,flu.nauigabilis ex Alpibus fluës.Strab.li.6.
Ogdous,Agypti rex Vchoreus cognominatus.Dio.
Oglasa insula est in mari Ligustico contra Corsicam.
Oglanus.mons est Aegypti.Ptol. (Plin.
Ogyges,rex fuit Thebanorum,sub quo primum fuit diluuium Varro in prologo 3 lib.de re Rust.
Ogygius,a.um adiect,vt Ogygia mœnia,i.Thebana.
Ogygia,insula est contra Lacinium promont.Plin.
Ogygia,insu quæ & Calypsus vbi regnauit Calypso.
Ogygianũ,vna ex 4.Colonijs quas Ianus posuit inmediterraneis Italiæ,quam.
Ogygianũ a suo nomine vocauit,nam Ianus Ogigius patria Phœnix fuit.
Ogygiana regio,inter Senas & Aretium,vbi.
Ogygianum,opp.quo d Vulgo abscissa prima littera Cigianum dicitur.
Ogylus.insu iter Peloponnesum & Cretam,gentile Ogylius.Steph.
Ogyris,insu.est Arabiæ felicis.Plin.lib.6 & Pomp.

O ANTE I.

Oicles, filius. fuit Antiphatis, filij Melampi. Hom.
Oileus, Locrorum rex & pater Aiacis Oilei. Verg.

O ANTE L.

Olane, quod postea Volane ostium vnum Padi fluminis
Olapia, ciuitas est Arabiæ felicis. Ptol
Olarso, oppidum est Hispan. prope Bardulos. Plin. li. 4. Vulgo Oyarço.
Olbasa, ciui. est Ciliciæ mediterranea. Ptol.
Olbasa, ciuitas est Pisidiæ in Pamphylia. Ptol.
Olbasa, quoq; ciui. est Cappadociæ, Ptol.
Olbelus, vrbs Macedoniæ, gentile Olbelius. Steph.
Olbi, vrbs Aegypti iuxta Libyã, gentile Olbitæ. Step.
Olbia, ciui. est prouinciæ Narbonensis. Pomp. Vul. Eres
Olbia, siue Olbiopolis, ciuitas est prope Boryslhenem.
Olbia quoq; opp. est Ponti. Strab. Vulg. Verlia.
Olbia. ciuitas est ora maritima Pamphyliæ. Ptol.
Olbia, ciuitas est Sardiniæ insulæ. Ptol. Vnde.
Olbienus, portus, in eadem Sardinia.
Olbysij, pop. circa columnas Herculis. Steph.
Olcachites sinus, in Numidia. Ptol. Vulgo Alcon.
Oleades, populi sun Hispaniæ Liuio. Poblacion en aquellas comarcas, donde agora hallamus la villa de Ocaña del reyno de Toledo.
Olchinium, quod prius Colchinium, opp. Liburniæ.
Olearos, insula vna ex Cycladibus. Ptol.
Oleastrum, promont, est Mauritaniæ Tingitanæ.
Oleastrum, opp. est Bæticæ conuentus Gaditani. Plin.
Oleastrum, locus est post Gaditanum. Pomp. lib. 3. c. 1.
Oleastrum, non Oleatru legendum est. Pompon. Anton & alijs vetutiß.
Olenus, vir fuit qui Lethæam duxit vxorẽ. Ouid. li. 10.
Olenus, ciui. est Tectosagarum in Galatia. Ptol.
Olenus, opp. in Aetolia iuxta quod fuit aper Calydonius
Olenus, opp. est in Achaia propria dicta. Ptol.
Olenus, Bœotiæ vrbs dicta ab Oleno Vulcani filio.
Olenius, a. ũ. possess. ab Oleno, vt, Capella Olenia. Ouid
Olerus, vrbs Cretæ in alto loco sita, vltra Hyerapitnã Steph. Hinc Minerua Cleria.
Olganus, filius Beretis Macedonis. Steph.
Oliaros, insula in mari Aegeo, vna Cycladum. Vergil.
Oliba, ciuit. Hisp. Tarraconensis. Ptol. Vulg. Olit.
Olibama, ciuit. est Armeniæ.
Olicana, ciuitas est Britanniæ. Ptol.
Olina, flu. est Galliæ Lugdunensis. Ptol.
Olina, vrbs iuxta Caspium mare, gentile Olineus. Step.
Olitingi, opp. est Bæticæ. Pomp. lib 3. cap. 1.
Olliculani, pop. in oppid. Latij quod interijt. Plin.
Olliueti mons, siue mons, si oliuarum, siue Oliuetũ, mons ad Orientẽ Hierosolymæ torrẽte Cedrõ inter fluente, Sabbati habens inter ab Hierusalẽ. Act. 1. Luc. 19
Ollius, flu. est in Padum defluens. Pli. lib 3. Vul. Oglio.
Olme, sine Olmos est opp. Ciliciæ Plin. lib. 5.
Olobogra, vrbs Macedoniæ, gentile Olobagrus. Step.
Oloessa prius dicta, quæ postes Rhodus. Plin.
Olonde, pop. sunt Sarmatiæ Asiaticæ. Ptol.
Oloosson, ciuitas est Thessaliæ. Strab. lib. 9. (Steph.
Olophyxus, vrbs est iuxta Athon montem. Hero. lib. 7.
Olpe, castellum Acarnanum, qui inhabitat Olpeus.
Olulis, opp. est Siciliæ insu. Ptol.
Olulis, alia, ciuitas est Cretæ insu. Ptol.
Olympia, vrbs erat inter Ossam & Clymp ũ mõtẽ Ste.
Olympia hæc, dicitur Arpina a matre Ocnomai. Steph.
Olycræ, vrbs circa Naupactũ, gentile Olycræus. Step.
Olympæ, vrbs Illiriæ, gentile Olympæus. Steph.
Olympia, orum ludi in honorem Iouis Olympici, vnde
Olympiacus. a. um. vt Olympiaca victoria. Stra lib. 8.
Olympicus, q; est Olympi, vt, Iuppitter Olympicus.
Olympionices, qui in Olympiacocertamine victor. euasit: nunc quippe victoria dicitur.
Olympias, mulieris proprium matris Alexandri mag.
Olympias, Ventus in Eubœa flans. Plin. libr. 18. cap. 24
Olympicum, locus in Delogentile Olympicus. Step.
Olympiodorus, viri proprium, qui docuit epaminundam cantare tibijs.
Olympiodorus alius, cõmentaria scripsit in Ecclesiastẽ
Olympius, Mysius tibicen & poeta Melicus. Suid.
Olympius, alius Phryx, tibicen tẽpore Midæ regis. Suid
Olympius Nemesianus, scripsit Halieutica & alia. Vo.
Olympius, præsul natione Hispanus, inter Esclesiaticos scriptores a Gennadio connumeratur.
Olympius, item vnus fuit hexarcorum Italiæ.
Olympi, plures montes fuerunt in varijs locis.
Olympus, Græce dicitur mons omnis regionis altior. Xenoph. in æquiuocis.
Olympus, dictus est quasi Ololampos. idest totũ Splendens quia nullis vnquam nubibus fuscatur.
Olympus, mons est in Thessalia omnibus.
Olympus mons, Macedoniam diuidit a Thracia. Hig.
Olympus mons, Macedoniam diuidit a Thracia. Hig.
Olympus, mons est Gallogræciæ. Tortell.
Olympus, mons est ad mare Rubrum in Aethiopia.
Olympus, mons in Mysia, ad cuius radices Prusa ab Annibale condita.
Olympenus, a. um. ab Olympo Mysiæ monte. Steph.
Olympus mons est in Peloponneso Strabon. li. 8.
Olympus, mons est in Cypro insula Strab. li. 14.
Olympus, mons est in Lesbo insula. Plinio. lib. 5. cap. 31.
Olympus mons est Asiæ propriæ dictæ.
Olympini, pop. sunt Asiæ.
Olympus, mons est Lycia. Plin. lib. 21. cap. 6.
Olympus, quoq; ciui. est in Lycia. Strab. lib. 14.
Olympicus. a um. quod ad Olympum spectat.
Olynthus, ciuitas est Thraciæ iuxta Atticã regionem.
Olyra ciuitas est Messeniæ in Peloponneso Strab.
Olyras, flu. est Bœotiæ ad Thermopylas. Strab. lib. 9.
Olyssa, ciui. est Cretæ insulæ. Strab. lib. 10.
Olysippo. opp. est celeberrimũ Lusitaniæ Vul. Lisboa.
Olysipponensis. e. res ad Olisipponem pertinens.
Olysipponense promontorium est quod Artabrum dicitur, Vulg. Sancta Maria Fines terræ.

O ANTE M.

Omanitæ, pop. sunt Arabiæ felicis. Ptol.
Omanum emporium est Arabiæ felicis. Ptol.
Omarium. vrbs Thessaliæ, gentile Omarius. Steph.
Ombites nomos, præfectura est Aegypti. Pli. lib. 5. c. 9.
Ombrea ciuitas est Mesopotamiæ. Ptol.
Ombri, est Aegypto. Ptol.
Ombrici, & Ombricorum regio, ex qua Carmis flu.
Ombriona, insu. est vna ex Canarijs. Sol. c. 70. (oritur,
Ombrones, pop. sunt Sarmatiæ in Europa.
Omphace, vrbs Siciliæ, gentile Omphaceus. Steph.

Omphale, regina Lydiæ cui Hercules seruiuit. Dona.
Omphalium ciui. est Chaonum in Epiro. Ptol.

O ANTE N.

Oncæ, portæ Thebarum, nam Onca se cundum Phœnices Minerua est Steph.
Oncæum, parua regio Arcadiæ, ab Onco. Steph.
Onchesmus, portus est in Epiro. Ptol. Vulgò Santiquaranta.
Onchestus, filius fuit Neptuni. Meleagri pater.
Onchestus opp. est Bœotiæ. Hom. 2. Iliad.
Oneum, oppidum est Dalmatiæ. Ptol. Vulgo Cabo Cumano.
Onenses, popoli sunt Hispa. citeriores Plin. lib. 3 cap 3.
Onesicritus, Philosophus & historicus Aeginensis.
Onesii, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ. Strab lib 4.
Onesimus, Cyprius scriptor, tempore Constantini Mag
Onias, siue Nias, flu. Libyæ interioris. Ptol.
Onij, ciuitas est Aegypti. Ptol.
Onings, opp est Bæticæ. Plin lib 3. cap. 1.
Onisa, inf. contra Itanum Cretæ promont. Plin.
Onoba, opp est Bæticæ. Plin. lib 3 cap. 1. & Pompon.
Onabalisturia oppidum est Bæticæ post Anæ flu. ostiũ. Ptol. Vulg. Gibraleon.
Onochonus, flu. Thessaliæ. Herodo. lib. 7.
Onpei, pop. sunt in Attica regione. Strab.
Onthyrion, vrbs Thessaliæ iuxta Armen. Steph.
Onugnatos, id est maxilla asini promont. est in Pelopon
Onugnatos quoq; opp. est Asiæ propriæ. Ptol.
Onuphis, ciui. est in Aegypto. Ptol. Vnde.
Onuphites nomos præfectura eiusdem ciuitatis.
Onus, insula est quæ Heratia dicta. Plin. lib. 4 cap. 12.
Onychion, locus Cretæ, ab vngua anchoræ in eum infixo, cum Amiclæi Coloniam misissent. Steph.
Onytes, viri proprium. Sera. in Ver. lib. 12. Aeneid.

O ANTE O.

Oonæ, insulæ in Oceano septentrionali. Plin. lib. 4 c. 13.

O ANTE P.

Opalia, dies festus Opi Deæ dicatus.
Opesos, pro Odessos. Ouid in Metamorph.
Opharus. flu. est apud cantabros.
Opheltes, filius fuit Licurgi a serpente necatus.
Ophiades, insula ad sinum Arabicũ. St. lib. 16. & Hero
Ophioneus, Messeniorum vates fuit.
Ophiogenæ, ppp. sunt iuxta Hellespontum. Pli. li. 7 c 2.
Ophion, vnus sociorum Cadmi, ex ijs, qui e serpentinis dentibus nati fuerunt.
Ophion, alius, Oceani filius, quem Saturnus fugauit.
Ophiophagi. i. Serpentibus victitantes in Arabiæ pop. Ptol
Ophitæ, quidam hæretici, sic a serpente quem adorabãt dicti, quem Christum arbitrabantur.
Ophioneus, serpentarius quo nomine dictus Hercules quod anguẽ manu tenẽs, aloue in cœlũ translatus sit
Ophiuchum, alij Aesculapium, alij Canobonta Getarum regem, alij Phorbantem æstimant.
Ophiusa, insula est quæ postea dicta Rhodus. Pli. li. 5 c. 31 Vul. Rhodas.
Ophiusa, insula adiacens Balearibus quæ & Colubraria Vulg. Dragonera.
Ophiusa, prius dicta quæ postea Tenos. Plinio. libr. 4. Vulg. Tine.
Ophiusa, prius dicta, quæ postea Cythnus. Vulg. Stino
Ophiusa, insula est non longe a Creta. Plin. lib. 4.
Ophiusa. opp. est ad Istrum, quod postea Tyra. Plin.
Ophiusa, ciui. est Hispa.
Ophiusa, ad Põtũ. Flac. Gelidis pollẽs Ophiusa venenis
Ophiusius. a. um, Ouid. Ophiusiaq; arua parabat. &c.
Ophlones, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. Ptol.
Ophthis, vrbs Libyæ Aegypto adiacens. Steph.
Opici. pop. sunt in Sarmatia Europa.
Opiæ, pop. iuxta Indum fluuium. Steph.
Opimia Basilica, Romæ prope senaculum Græcostasin & ædem Concordiæ E est.
Opinum, opp. est Corsicæ insu. Ptol.
Opini, pop. sunt Corsicæ insu. Ptol.
Opis, ciui. est iuxta quam Tigris profluit. Her. lib. 1.
Opis, Nympha comes Dianæ. Verg. lib. 11.
Opisina. ciuitas est Thraciæ. Ptol.
Opitergium, oppidum est Venetiæ regionis. Plin. lib. 3 Vul. Oderzo.
Opitergini, montes ab Opitergio dicti. Plin. lib. 3 c. 18.
Opitergini, pop. sunt Transpadani. Floro.
Opiterginus. a. um. adiect. Vt Opitergina ratis. Quin.
Opites, Argiui proprium quem Hector interfecit. Hõ.
Opitulus, dictus est Iuppiter quasi opis lator. Fest.
Opius, ciui. est Cappadociæ. Ptol.
Opois, entis. oppest Locrensium. Hom. 2. Iliad.
Opon, promont. Cretæ in Occidentem vergens.
Opone, emporium est in sinu Barbarico. Ptol.
Opotos. opp. est regionis Decapoleos. Plin. lib 5.
Oppia, virgo Vestalis, quæ conuicta stupri viua defossa fuit Liu 22. Opimiam vocat.
Oppianus, poeta. fuit ex Zerbo Ciliciæ oppido, Sui.
Oppidium, opp. est Mauritan. i. Cæsariensis Pto.
Oppium. opp est Mauritaniæ Tingitanicæ. Ptol.
Ops, filia Cæli ex, Vesta. soror vxorq; Sat. rn. Ser.
Opus, untis. opp. Gelladis in Achaia. Cuid. Patroclus Opunta reliquit.
Opus. untis. ciuitas in Locris Epicnemidijs.
Opuntij, pop. sunt Achaiæ. (ter Megellæ
Opuntius. a. um. ab Opunte, Horat Dicat Opuntiæ fra
Opuntius sinus, ab Opunte cognominatus.

O ANTE R.

Orapachitis, regio est Assyriæ. Ptol. Melius Arrapa
Oratelli, pop, sunt Alpini. Plin. lib. 3. cap. 20. (chitis.
Orathe, vrbs Messenes gentile Orathenus. Steph.
Orbadaru, ciuitas est Aethyopiæ Aegypti. Ptol.
Orbalisena regio Septentrionalis Armeniæ minoris.
Orbanassa, ciuitas est Pisidiæ in Pmphylia. Ptol.
Orbelus, mons est Misiæ superioris, Ptol.
Orbelus, mons quoque est Thraciæ. Ptol.
Orbellus, mons est Pæoniæ. Herod. lib. 5.
Orbilia, regio est Macedoniæ ab Orbelo monte. Plin.
Orbilius Beneuentanus grammat. tempore Ciceronis.
Orbisena, regio est Minoris Armeniæ. Ptol.
Orbita, opp. est Africæ sub Adrimytto. Ptol.
Orbitæ, pop. sunt Siciliæ inf. Ptol.
Orcelis, opp. est Hisp. Ptol. Vulg. Origuela.
Orcelis altera, ciuitas est in Thracia. Ptol.
Orchas. adis promont est Britanniæ. Ptol.
Orchades, insulæ Septentrionales vltra Britanniã. Põp Vulg. Orc Knes.

Orchades, sunt. 30. quæ hodie regi Scotorum parent, nõ longe ab insula Thule.
Orchamus, rex Assyriorum, qui Leucoteam filiam ab Apolline vitiatam viuam desodit. Ouid. lib. 4.
Orcheni. pop. sunt Arabiæ desertæ. Ptol.
Orchimus, filiam habuit Cydippen. Steph.
Orchoa, ciuitas est Babyloniæ. Ptol.
Orchomenus, ciui mediter. Bœotiæ in. Achaia. Ptol.
Orchomenus, opppidum est Arcadiæ. Plinio. lib 4. c. 6.
Orcho menus. flu. est Thessaliæ. Plin. lib. 5. cap. 8.
Orchomenus, Eubœæ vrbs, & Cycladum vna in Aegeo, in qua Titani regnasse dicuntur.
Orcus, nomen est fluuij inferorum.
Orci fluuij, sanctiss. Olim erat iusiurandum. Hom.
Orcynius, mons est Lesbi insulæ Herm. in Plin.
Ordessus, flu. est Scythiæ in Istrum defluens. Herod.
Ordosus, portus est Sarmatiæ in Europa.
Ordolucæ, pop. in Anglia arduis mõtibus proximi. Tacit. Pueblo en el qual esta oy la villa de Bernique. Latine Bernicium.
Orduces, pop. sunt Britanniæ. Ptol.
Orduinus, mons est Lesbi ins. Plin. lib. 5. cap. 31.
Oreades, Nymphæ sunt montium, Strab. lib. 10.
Oreates, siue Oroates, portio est Tauri montis.
Oreges, portio est eiusdem montis Tauri. Plin. lib. 5.
Oreni pop. Celtiberis proximi ab Austro.
Oresitrophus, nomen canis apud. Ouid.
Orestes, filius fuit Agamemnonis & Clytemnestræ.
Orestеus, a. um. adiect. Vt Orestea Dea, ideſt, Diana.
Orestis. idis. regio est Macedoniæ. Ptol.
Orestæ, arum. pop. sunt Macedoniæ.
Orestæ, pop. sunt Indorum, quos ad bellum ciuile venisse Lucanus dicit. lib. 3.
Orestha sõ, vrbs Arcadiæ, ab Orestheo Lycaonis filio
Oretani, pop. sunt Hispaniæ citerioris. Ptol. (Steph.
Oretani Germani Oretani Bastuli, popu. vtriq; conuentus Charthaginensis Pli. lib. 3 cap. 3.
Oretus, Siciliæ flu. apud Panormum Vulg. Miralla.
Oreum, opp est Eubœæ in. Pli. lib 4. c 12. Vul. Loreo.
Oreus, dictus est Bacchus a montibus, in quibus ei sacrificia fieri solebant. Fest.
Orga, flu. est in Marsiam amnem cadens, Strab. lib. 12.
Orgalema, vrbs iuxta Istrũ gẽtile Orgalemæus. Step.
Orgia. ciuitas est Hispa. Ptol.
Orgia, Græcis omnia sacra, sicut Latinis ceremoniæ di
Orgocini, pop sunt Tauricæ regionis. Pli. li 4. (cuntur
Orgomene, vrbs Illyriæ, gentile Orgomeneus, Steph.
Orgos, siue Orgonnesos, insula est adiacens Italiæ.
Oribasius, Sardianus medicus fuit Iuliano principi familiaris, scripsit libros medicinæ. 72. Suid.
Oribasus, nomen canis apud Ouid, li 3. Metam.
Oribasus, ciuit. est Chaoniæ regionis Epiri. Pto.
Oricũ, ciuit. est Chaoniæ regionis Epiri. Pto.
Oricius, a ũ. Verg. Inclusum buxo aut Oricia terebintho.
Origines siue Origeni. pop. sunt Galleciæ. Pli. (tho.
Origenes siue Origeni. pop. sunt Galleciæ. Plin.
Origiacum, ciui. est Atrebatarum Galliæ Belgicæ.
Orinus, flu. est Siciliæ in Ptol.
Orion, viri proprium, quasi Vrion, quæ Poetæ fabulantur ex vrina Iouis, Neptuni, ac Mercurij genitum.
Orissa, vrbs Iberiæ, gentile Ortanus. Steph.
Oriæ, pop sunt Indiæ liberi. Strab. lib. 15.
Oritanum, opp. est Eubœæ insulæ. Plin. lib 4. cap. 12.
Orithia, Nympha quasi hortans ad cursum dicta.
Orithia, filia fuit Ericthei Athenarum regis, vxor Boreæ, qui Pandion in regno successit.
Orithia, item regina fuit Amazonum, Iust. li. 2.
Oriza, ciui. est Palmyrenæ regionis in Syria. Ptol.
Ormenius, Magnesiæ ciuit, Plin. lib. 5.
Ormius, flu. est Asiæ propriæ dictæ.
Ornea, sacra erant Priapi, quem Corinthij Orneum vocabant.
Orneæ, opp. fuit Peloponnesi. Strab. lib. 8.
Orneon, insula est in sinu Arabico. Ptol.
Orneus, vnus e Centauris, Ixionis & Nubis filius.
Ornithon, opp. est Pœhnices regionis. Plin. lib. 3.
Ornithiæ, venti sunt Septentrionales. Columell.
Oroandes, vnus ex colliculis Imai. Plin. lib. 5. c. 27.
Oroates, flu. est Susianæ regionis. Strab. lib. 15.
Oroba, nomen duarum ciuitatum in Assyria. Ptol.
Orobellus, mons Macedoniæ an Orbelus.
Orobius, flu. est prouinciæ Narbonensis. Ptol.
Orocona, ciuitas est Mediæ. Ptol.
Orodes, Rex Parthorum, qui Crassum Romanum cæpit, & occidit. Plutar. in Crasso.
Orodes, viri proprium a Mezontio interfecti. Verg.
Oroetes, vir Persa & Sardiũ prefectus. Herod. li. 3.
Oromandrus, ciui. est Armeniæ minoris. Ptol.
Oromenus, mons est Indorum. Plin. lib. 31. cap. 7.
Oronda, opp. Pisidiæ in Cilicia. Plin.
Orondici, pop. sunt Galatiæ. Ptol.
Orongis, opp. est Hispa. Liuio. lib. 28.
Orontes, vir Troianus qui Troia capta cum Aenea in Italiam nauigans naufragium fecit. Verg. (ro
Orontes, ßu. est Syriæ Antiochenæ. Ptol. Vulg. Tarsa
Orontes, quoque mons est Mediæ. Ptol.
Oronteus, a. um. Prop. Aut quid Orontea crines persfũdere myrrha.
Orope, Eubœæ ciuitas Apollinis templo clariss. Steph.
Oropus, ciui. est in confinio Bœotiæ, & Africæ. Plin.
Oropitæ, pop. sunt Achaiæ ab Oropo vrbe.
Oropus, quoq; Oropitũ & per syncopã Orpiũ dicitur.
Oropus, vrbs est Macedoniæ, patria Seleuci Nicanoris, Alia Syriæ iuxta Amphipolim, Alia in Thesprotia. Steph.
Orbitum. p. mutata in. b. protulit rex Desiderius in decreto excisо in lapide Io. Añ. Vulg. Orueto.
Oropitæ, Italiam coluere Myrsilo de bello Pelasgico.
Orosines, flu. est Thraciæ. Plin. lib. 4. cap. 11.
Orospeda, mons est Hisp. Vulg Sierra de Granada.
Orostane, ciuit. est Eubœæ insu.
Orphes, pop. sunt Libyæ interioris. Ptol.
Orpheus, poeta Thrax, Apollinis & Galliopes filius.
Orpheus alius, quem Colchos nauigasse ferunt.
Orpheus, a. um adiect. idem quod Thracius.
Orphnæus, equus Plutonis a tenebris nomen habens.
Orrhea, ciui. est Britanniæ ins. Ptol.
Orrhea, ciuit. est Myfiæ superioris. Ptol.
Orsara, ciui. est Armeniæ minoris. Ptol.
Orsena, regio est Armeniæ minoris. Ptol.
Orsilochus, filius fuit Idomenei ab Vlisse interfect.
Orta. opp. est Hispa. Bæticæ. Plin.
Ortagurea, quæ postea Maronea, ciui. est Thraciæ.

Orthe,opp.est Magnesiæ.Plin.lib 4.cap.9.
Ortheaga,ciui.est Mesopotamiæ.Ptol.
Orthocoribates,pop.Asiæ Dario Tributarij.Her.lib.3.
Orthocleutheros,opp.Phœnices pro Orthosia. Eleus
Orthonium,opp.est Italiæ,Vnde Orthonienses.(theros.
Orthosia,ciui.est Syriæ Phœnices.Vulg.Tortosa.
Orthosias,ciuitas est Cariæ.Ptol.
Orton,opp.est Latij. Plin.Vulg.Ortona.
Ortopula,opp.est in Illyrico.Plin.3.cap.21.
Ortygia,inf.prius dicta quæ postea Delos.Vulg.Sdiles.
Ortygia,inf.adiacens Syracusis in Sicilia.Verg.
Ortygia,ci.prius dicta quæ postea Ephesus.Pli. Vulg.
Orubium.opp.Hisp.Tarraconensis.Ptol. (Foglie.

O ANTE S.

Osa,Hieronymo ciuitas est in Aegypto.
Osca,ciuit.est Hispa.citerioris.Vulg.Huesca.
Osca alia,ciuitas est Bæticæ in Hispania.Ptol.
Osca, quæ postea Capua, Colonia Campaniæ in Italia Semp. Vulg.Capua.
Oscenses,pop.sunt Vtriusq; Oscæ.
Oscella,Vrbs in Cotijs Leoponsiorũ Alpibus in Italia.
Osci,pop.antiqui fuerunt in Latio.
Osci,vt quibusdã placet ab oris fœditate dicti.Vnde
Oscena Verba i.impudica quod Oscis libidinum spurcarum Vsus frequentissimus fuerit.
Oscus.a.um.adiect.Vt Osca tellus.Propter.
Oscori,pop.Campaniæ à Tyberi ad Sarnum.Cat.
Osæa,ciuit.est Sardiniæ.Ptol.
Osica,ciuit.est Albaniæ regionis.Ptol.
Osicerda,ciuit.Edetanorum in Hisp.Ptol.
Osi,pop.sunt Sarmatiæ in Europa.Ptol.
Osili,pop.alij in Sarmatia Europæ.Ptol.
Osincum,ciui est Corsicæ inf.Ptol.
Osintiadis,regio est Beticæ in Bætiria.Plin.lib.3.
Osiris.idis.Iouis filius ex Niobe Phoronei filia.
Osismij,pop.sunt Galliæ.Belgicæ.Ptol.
Osquidates,pop.sunt Galliæ Aquitanicæ.Plin.lib.4.
Osso,mons est Thessaliæ in Macedonia.Ptol.
Ossa quoq;,ciuit.est Bisaltiæ in Macedonia.Ptol,
Ossa,mons est in Pelopponesso.Strab.lib.8.
Ossæus.a.um.adiect.Lucan,Rupes Ossæa coercet.
Ossarena,regio est Armeniæ maioris.Ptol.
Osseriates,pop.sunt Pannoniæ superioris.Ptol.
Osset,oppidum est Bæticæ,contra Hispalim. Plin.lib.3. Vulg.Seuilla la Vieja.
Ossigi,quod & Laconicum opp.est Bæticæ.Plin.
Ossigerdenses,pop.sunt Hisp.citerioris.Plin lib.3.
Ossigetania,regio est Bæticæ.Plin.lib.3.cap.1.
Ossonaba,opp.in confinio Bæticæ & Lusitaniæ.Vulg.
Ossonobenses,populi ab Ossonoba. (Silueira.
Ostama,ciuit,est Arabiæ felicis.Ptol.
Osteodes,inf. sunt in mari Siculo.Plin.lib.3.cap.8.
Ostia,ciuit.est ad ostium Tyberis sita.
Ostia,ciuitas,ab exitu Tyberis appellata.Fest.
Ostia Colonia,& Ostiensis ab Ostia dicitur. Dio. Hal.
Ostiensis,porta Romæ,quæ Ostiam versus ducit.
Ostippo,opp.est Bæticæ.Plin lib 3.cap.1.
Ostra,ciuitas est Semnonum in Italia.Ptol.
Ostracine,regio est iuxta Casium montem.Plin lib 5.
Ostrani,pop.sunt Vmbriæ in Italia.Plin.lib 3. (tant.
Ostrogothi,dicuntur Gothi,qui Orientem versus habis-

O ANTE T.

Otadeni,pop.sunt Britanniæ.Ptol.
Otanes,Persa qui cum Dario in Magum coniurauit.
Otene,pars Armeniæ.Steph.
Otesini,pop.sunt in octaua Italiæ regione.Plin.lib.3.
Othronus,insula ad Meridiem Siciliæ.Steph.
Otriculum,op.est Latij.Floro.
Otriculani,pop sunt Vmbriæ in Italia.Plin.
Otricus,& Migdonus fratres fuerunt Hecubæ. Hom.
Othryades,Spartiata qui sibi ipsi mortem cõsciuit.Val.
Othrys,mons est Thessaliæ in Macedonia.Ptol.
Othrysius,a.um.adiect.Vt Hebrus Othrysius Claud.

O AATE V.

Ouigbeuitæ,pop.sunt Aethiopiæ Aegypti.

O ANTE X.

Oxeas,Herculis ex Megara fuit filius.Boccat.
Oxibij,pop.sunt Ligures Italiæ trans Alpes.
Oxidracæ,pop.Indiæ.Steph.
Oxira,ciuitas est Mesopotamiæ.Ptol.
Oxos,flu.est & lacus Septentrionalis.Solin.
Oxyæ,inf.inter Leucadiam & Achaiam.
Oxybij,pop.sunt in prouincia Narbonensi.
Oxyopum,opp.est Teuthraniæ.Plin.lib.5.cap.30.
Oxyrynchus, & Oxyrnchi templum est in Aegypto Strab.lib.17.Vnde
Oxyrynchites nomos,præfectura in Aegypto.
Oxystagæ,pop.sunt iuxta Oxum.Sol.cap.26.

O ANTE Z.

Ozoa,ciuitas est Persidis regionis.Ptol.
Ozolæ,cognominantur quidam Locrorum popul. Plin.
Ozuti,pop.sunt Africæ propriæ.Ptol.

DE LITTERA P.

PAcatianus, Consul cum Mecilio Hilariano, anno Vrbis.1084.
Pacatus Minutius,Grammaticus,qui Scripsit de Tragicis & Comicis dictionibus,item de proprietate Atticæ & Doricæ linguæ.
Pacensis Colonia,ciuitas est Lusitaniæ.Plin.
Pacensis conuentus,Vnus ex tribus Lusitaniæ.Plin.
Pachea,promont.est Sardiniæ insulæ.Ptol.
Pachiri,montes sunt in minori Asia.
Pachorus,rex Parthorum occisus in Syria Post Crassi cædem Appianus in Parthico.
Pechynus,promontorium est Siciliæ versus Peloponnesum.Vulg.Cabo Pazaro.
Pacinus,Vnus ex nepotibus Volsinij regis,à quo Pacinates,Italiæ populi.
Paconia,insula est prope Siciliam.Ptol.
Pocoria,ciuit.est Mesopotamiæ ad Euphratem.Ptol.
Pactia,eadẽ quæ Paros Vna Cycladum.Step.Vul.Pario
Pactolus.flu.est Lydiæ ex Tmolo monte profluens.
Pactolis.idis.a Pactolo.Ouid.Nymphæ.Pactolides.
Pactya,opp.est Thraciæ Ptol.Vulg.Panido.
Pactyæ,insulæ sunt prope Chelidonias.Plin.lib.5.
Pacuuius,Paeta Brundusinus.Enij ex filia nepos, Vide Gellij,lib.1.cap.24.
Pacyris.flu.est iuxta Mæotidem lacum Plin.lib.4.
Padæ.pop.sunt Indorum.Herod.lib.5.
Padinates,pop.sunt in octaua Italiæ regione.Plin.
Padon.flu.est Liguriæ regionis.
Padua,Vrbs a Padi vicinate dicta quæ & Patauium

Padus, flu. est maximus Galliæ Cisalpinæ. Vulg. Po.
Padanus. a. um. a Pado fluuio, Vnde Transpadanus, &
Padæus. a. ũ. Tibul. Vicinus Phœbo tenet arua Padæo.
Paduſa, alueus est ex Pado Rauenna productus. Plin.
Pæan, hymnus erat in Apollinem, sicut dithyrambus in Bacchum. Iul. Ptol.
Pæan, abusiue pro omni Deorum laude ponitur.
Pæna, insul. est adiacens Mauritaniæ Tingitanæ. Ptol.
Pæon, nomen Viri artus medicæ perituſſimi. Hom.
Pæonia, regio est Macedoniæ, Pæones vero pop.
Pæonas, Græcis appellari quos Latini Pãnonios scribit (Appian.
Pæones, pop quoq; sunt Rhetiæ. Ptol.
Pæople, pop. sunt ex Pæonibus. Herod. lib 5.
Papia, ciuit. est Mauritaniæ Cesarienſis. Ptol.
Pæsarce. pop sub Caucaso. Steph.
Pærsice, siue Persici, pop. sunt orientales mediterranei.
Pæstum, oppidum Lucaniæ rosarum abundantiſſimum. Vulg. Policaſtro.
Pæstum, a Dorienſibus conditum. Solin. cap. 8. (Sar.
Pæstanus. a. ũ. Oui. Calathaq; paſtanas Vincat odorero-
Pæsuri, siue Pæsures, pop. sunt Luſitaniæ. Plin.
Pætalia, pars Thraciæ, gentile Petaliotes. Steph.
Pætonium, opp. Pannoniæ ſuperioris. Ptol.
Pagaſa. opp. Theſſaliæ quod poſtea Demetrias. Plinio. Vulg. Dimitriada.
Pagaſæus. a. um. Vt. Pagaſæa ratis peteret cũ Phaſidos (Vndas.
Pagaſæus, ſinus cognominatus est a Pagaſa.
Pagræ. opp. est Syriæ Cœles. i. cauæ. Ptol.
Pagus, antiquum nomen Corinthi. Steph.
Pagyris. flu. & ciuit. quæ & Pacyrs, Vnde
Pagyritæ, pop. in Sarmatia Europæ. Ptol.
Palæampoles, ciui. est Hiſpaniæ. Strab. lib. 3.
Palemaria, Villa est præfecturæ Maræoticæ in Aegypto. (to.
Palemindos, Interp. antiqua Mindos.
Palæmon, dictus est Melicerta cum marinus Deus eſſet.
Palumõ, Latine, dicitur Portunus, quia portibus præſit.
Palæmon alius, filius Phinæi Arcadiæ regis.
Palæmon, Grammaticus Vincentinus, Romæ Vixit ſub Tyberio & Claudio principibus. Suet.
Palamon, proprium quoq; est paſtoris. Apud. Vergil.
Palæmonius. a. ũ. Vt, Coronæ Palæmoniæ. i. Iſthmiacæ.
Palæobiblos, opp. est mediterraneũ Phœnices. (Claud.
Palæotriũ. oppidum est in monte Atho. lib. 4. cap. 10.
Palapaphus, ciui. est Cypri Veneri ſacra. Strab.
Palapaphia, vocatur Venus a Vergilio in Ciri.
Palapharſalus. Interp. antiqua Pharſalus.
Palæpolus, locus haud procul ab eo Vbi Neapolis Liuio, Vbi nunc Torre dei Zopparelli.
Palæſcamander, fluu. Troiadis in Propontidem fluens.
Palæſcepſis, ciuit. est Aeolidis regionis. Plin. lib 5.
Palæſtina, prouincia Syriæ Arabiæ contermina.
Palæſtina, ſic dicta a Philiſtijm Vrbe metropoli. Plin.
Palæſtina Syria, eadem regio est quæ Iudæa.
Palæſtina Syria, Ciliciæ annumeratur cum fuerit Dario tributaria. Herod. lib 3.
Palæſtina, regio est alia prope Phæaciam Lucan. lib. 5.
Palæſtinus. a. ũ. Oui. Sæpe Palæſtinas iurat adeſſe Deas.
Palætyrus. i. antiqua vocabatur Tyrus. Steph.
Palacia, opp. est Tauricæ regionis. Plin lib. 4. cap 12.
Palama, siue Palma oppidum est in maiori Baleari.
Palamedes, filius Nauplij Euboeæ regis. Hom.
Palamedes, quatuor literas. Græcas primus inuenisse dicitur.
Palamedes Eleates, ſcripſit onomaſticon de tragicis & & comicis dictionibus. Suid.
Palanta, ciuit. Corſicæ inſulæ, Ptol.
Palanteum, opp. fuit in monte Palatino. Ver.
Palantia, ciuit est Hiſpaniæ citerioris. Ptol.
Palantini. pop sunt conuentus Cluniensis.
Palantion, Vrbs Arcadiæ, a Palante Vno filiorũ Lycaonis, gentile Palantius. Steph.
Palas, Euandri pronus, a quo dictum Palanteum. (nit.
Palatina, regio Romæ quam Var de lingua. Lat 4 pos
Palatinus. a. um. Vnde Palatinus Deus, & Palatinus mõs o Palanteo oppido. Seru.
Palatina palæſtra, qua in Palatino monte exercebatur.
Palatinum montem, siue collem Roma Itali filia, tenuit.
Palatium. ij. mons est Romæ appellatus. Feſt.
Palatium, quod pecus paſcens balare conſueuerit, Vel.
Palatium, quia ibi palare. i. errare pecudes ſolent, siue.
Palatium, quod Hyperborei filia Illic Latinũ peperit.
Palatium, alij appellari exiſtimant quod ibi Pelas ſepultus ſit.
Palatium, dicitur Domus imperatoria, ſi per ba, amplasque a Plante gigante.
Palatium, dicta fuit Vrbs Diocletiani, quæ nunc nautis Spalatum dicitur. Euſeb. Vulg. Spalato.
Palatualis, flamen cõſtitutus ad ſacrificandum ei Deæ, in cuius tutela Palatium eſſe putabatur. Feſt.
Palea, ciui. est in Cypro inſula. Strab. lib. 13.
Pales, paſtorum Dea, quae aliquibus Veſta dicitur.
Paleſte, locus in Epiro iuxta Oritũ ciuitatem Chaoniae.
Palfurius Sura, orator & conſidicus fuit. Lucani & Mart. amicus.
Palibotri, pop. sunt Indorum & Palibotros ciui. Solin.
Palicae, Vrbs est Siciliae. Steph. (ſis. Steph
Palicenus, fons in Sicilia dictus, q; iuxta Palicos fra-
Palici, gemini fratres facre, Iouis & Thaliae filij.
Palicus, locus prope alueum Simethijamnis. Iul. Fir.
Palicotra, Vrbs est. Diod. lib 3.
Palilia, Palis Deae feſta, quae fiebant, 11. Cal. Maij.
Palimbarati, Indiae ciu. Gangen pop. ul. Steph.
Palindromos, promont. est Arabiae felicis. Ptol.
Palinurus, promontorium est Lucaniae iuxta Veliam
Palinurus, promonſorium est Lucaniae iuxta Veliam in quo Palinuri tumulus. Plin.
Palinurus, a gubernatore nauis Aeneae dictus est. Sol.
Palinxa, ciuit. est in Suſiana. Ptol. incliu. Alinza.
Paliſcorum, ſtagnum in Sicilia, ſulphurei odoris. Steph.
Paliurus, palus est in Cyrenaica regione. Ptol.
Paliurus, ciui. est in Marmarica Aegypto. Ptol.
Palla, ciuit. est Corſicae inſ. Ptol.
Palladium. Palladis ſimulacrum, quod Romae in aede Veſtae fuit. Ouid. lib 5. Faſt.
Palladius. a. um. quod est Palladis, Vnde
Palladium, forum Romae, quod erat propinquum templo Palladis.
Palladius, auctoris propriũ qui de Agricultura ſcripſit
Palladius elius, curſor Vix credendae celeritatis. Cuſſ.
Palantia, ciu. est Hiſp. Taraconenſis, Ptol. Vul Palentia.
Palantium, opp. est in Arcadia. Plin. lib. 4. cap 6.
Pallas, antis. filius Euandria, Turno interfectus.

Pallas alius, Pandionis filius. Ouid. lib. 7. Metam.
Pallas, filiæ Iouis siue matre. Dea poetis dicta.
Pallas, sic dicta quod pallantem gigantem interfecerit.
Pallas prius Tritonia dicta, a Thritone palude.
Pallas, quoq; Minerua dicta quod vim minetur.
Pallas belli inuentrix, obid Bellona vocata. Cicer.
Palladis, templum apud Milesios admirandum fuit. Herod. lib. 1.
Pallas, palus est in Africa propria. Ptol.
Pallantias, lacus in Africa alio nomine Triton. Call.
Pallene, regio est in litoribus Macedoniæ. Herod.
Pallene, vicus in Antiochide tribu Atticæ. Steph.
Pallene. opp. est Macedoniæ omnibus.
Pallene, quæ prius Phlægra dicta. Diod. lib. 5.
Pallenenses, pop. sunt è Cephallenia Valerio.
Palma, opp. est in Hispan. Ptol.
Palma, ciuit. est in maiori Baleari insu. Ptol.
Palmaria, inf. est in mari Tusco. Plin. lib. 3. cap. 6.
Palmyra, ciuitas est Syriæ. Ptol.
Palmyrena, regio est Syriæ, in qua metropolis Palmyra. Illic regnauit Zenobia.
Palsus, flumen est Mauritaniæ. Plin. lib. 3. cap. 1.
Paltos, opp. est Syriæ. Pomp. Vulgo Gibel.
Pambotades, vicus Atticus, in Erechtheide, tribu. Steph.
Pamisus. flu. est Achaiæ. Plin. lib. 4. cap. 5.
Pamisus, flu. est Thessaliæ. Plin. lib. 4. cap. 8.
Pamisus, quoq;, flu. est Thraciæ. Plin. lib. 4.
Pamisus. flu. est Messeniæ in Peloponneso. Strab.
Pamphagi, Aethiopiæ, pop. omnibus rebus vescentes.
Pamphagus, nomen canis venatici. Ouid. lib. 3. Metam.
Pãphilus. Latine dicitur totus amor, vel totus amicus.
Pamphilus, Neoclidis filius. Platonis auditor. Cicer.
Pamphilus presbiter, Eusebij Cæsariensis necessarius. Hieronym.
Pãphylia, regio Asiæ minoris inter Ciliciam & Syriã.
Pãphylia, vrbs Macedoniæ. Steph. & Vul. Caramania.
Pamphylij, pop. Dario regi tributarij. Hero. lib. 3.
Pamphylius. a. um. quod est ex Pamphylia. Cicer.
Pamphyliticus portus, est in eadem Pamphylia.
Pãportus, amnis nõ lõge ab Alpibus. Stra. Vul. Quieto.
Pan, Pastorũ Deus vocatus, & eius festa Lupercalia.
Panacron, vrbs Cypri, gentile Panacreus. Steph.
Panacton, Castellum Atticum. Steph.
Panætius, Rodius Philosophus, sectæ Stoicæ. Suid.
Panætius senior, item Rhodius, cuius apud Philosophos multa mentio & scripta feruntur. Suid.
Panætolium, mons est Aetholiæ altissimus. Plin. lib. 4.
Panætolium, vniuersæ Aetholiæ concilium. Liuio.
Panagra, ciui. est Libyæ interioris. Ptol. (tanæ. Ptol.
Panasa, Colonia est mediterranea Mauritaniæ Tingi-
Panathenea, communis celebritas ludi gymnici, qui & agon gymnicus, hinc Panatheniacus liber Isocratis.
Pancale, vna Cycladum, alias Amorgus. Steph.
Panchæi, pop. qui deserta Libyæ habitant. Pomp.
Panchaia, regio est Arabiæ. Verg. Panchaia pinguis arenis. Interp. quesi tota dehiscens. (liquit.
Panchæus. a. um. a Panchaia. Ouid. Panceaq; thura re-
Panchaicus. a. um. Ouid. Thura ferat floresq; alios Pãchaica tellus.
Pandæ, Indiæ populi qui cum Deriade contra Bachum pugnarunt. Steph.
Pandana, porta Romæ a pãdo dicta q, semper pateret.
Pandaria insula exigua in sinu Caietano. Strab. lib. 5.
Pandatoria, insula est in sinu Puteolano. Ptol. Vulg Palmarola.
Pandea, gens est in India. Solin. cap. 65.
Pandion, fuit Erichthei Athenarum regis filius.
Pandion, collis est & opp. in Caria.
Pandochia, ciuit. est in Italia Strab.
Pandora, dicta quasi omnium dona, vel ab omnibus donata, vel omnium rerum genere donata.
Pandora, mulier formosiß. a Vulcano iussu Iouis facta.
Pandora, mater Deucalionis, a qua Thessalia Pandora
Pandora, ciuit. est in Thessalia. Strab. (dicta.
Pandoræ, gens est Indiæ, ex quibus sunt qui 200. Annis. viuunt. Plin. lib. 7. cap. 5.
Pandosia, opp. est Lucaniæ in Italia. Plin lib. 3.
Pandosia, quoque opp. est Epiri. Plin. lib. 4 cap. 1.
Pandosius, Arcadiæ lacus.
Paneas, locus est Palestinæ iuxta Iordanem. Plin.
Paneas, ados, fons est Iudææ sub Libano monte. Sol.
Panellenes, pro omnibus Græcis per Synedochem. Hom.
Panelus, vrbs circa Pontum, sic dicta ab Heracleota quodam, qui illuc ex Bœotia venit. Steph.
Panephysis, opp. est Aegypti. Ptol.
Panæus, Colchorum fluuij, cui imminet oppidum eiusdem nominis. Boccat.
Pangæus. i. vel Pangæa. orum. mons est Thraciæ.
Pangæus, mons in quo aurea, & argentea sunt metalla.
Pangæus. a. um. Luc. Pangæaq; saxa resultant.
Pangilium, promont. est Ioniæ.
Panhidri, pop. sunt Armeniæ Sol.
Paniardis, opp. est Sarmatiæ Asiaticæ. Ptol.
Panionium, conuentus est Ioniæ populorũ. Pomp. lib. 1.
Panisci, Dij syluestres quasi per diminutionem dicti. minutili Panes, sicut à Satyro. Satyrisci.
Pannania, ciui. est Cretæ mediterranea. Ptol.
Pannonia, regio est late patens in Europa.
Pannonia duplex est, superior & inferior.
Pannonia, superior, quæ hodie Austria & Stiria.
Pannonia inferior est quæ hodie Vngaria dicitur.
Pannonij, pop. earundem regionum.
Pannonij, a Romanis dicti, quos Græci Peonas, Latini Vngoros vocitant.
Pannonicus a. um. Martia. Pannonicas nunquam nobis misit Vmbria chartas.
Pannonis, idis. Luc. Pannonis haud aliter post ictum sæuior vrsa.
Panomphæus, Iuppiter dictus Græce, quod omni lingua colatur. Ouid. lib. 11. (ducens Boc.
Panope, nympha marina a perspicuitate visus nomen
Panopæa, quæ & Panope. Verg. Panopæaq; virgo.
Panope, ciui. est Phocidis, a Panopeo Phoci filio.
Panopæa, opp. Phocidis. Hom. 2. Iliad.
Panormũ, siue Panormus & Panormiũ, ciuitas est Siciliæ insulæ. Vulgo Palermo.
Panormitanus. a. um. vel Panormita. tæ. a Panormo.
Panormus, opp. est Cretæ maritimum. Ptol.
Panormus, portus est in Epiro. Ptol. Vulg Panormo.
Panormus, portus est in Achaia. Ptol. Vulg. Panormo.
Panormus, portus est Libycæ nomidis in Aegypto.
Panos, vicus iuxta mare Rubrum est, gentile Panocos
Panos, inf. vrbs Aethiopum, quæ Adulis. (mites. Step.

Panos, vrbs Aegypti, vbi Panis simulacrum. Steph.
Pantaces, amnis in Samo, prope Calchantis & Podaliz rij sacella. Strab.
Pantaenses, pop. sunt conuentus Pergameni. Plin.
Pantagias. fluuius est Siciliæ insulæ. Plin. lib. 4. cap. 8.
Pantagiam. flu. dictum putat Seruius, quasi vbique sonã tem, vel quod obuia quæque secum rapiat.
Pantalia ciuit. est in Thracia Chesonneso. Ptol.
Pantanus, lacus est Apuliæ in Italia. Plin. lib. 3. Vulgo. Lago de Lesina en Puglia piana.
Panthea, vxor fuit Abradatæ viri nobilis apud Persas.
Panthelæi, pop. sunt Persarum. Trogo. lib. 1.
Pantheon, templum Romæ, in quo omnium Deorum imagines effictæ erant.
Pantheon, Ioui vltori ab Agrippa factum. Plin. lib. 36.
Pantheon, Hodie. S. Maria rotunda Romæ dicitur.
Pantheſilea, regina Amazonum, quasi omnia subiens.
Pantheus, filius Otrei & frater Hecubæ. Hom.
Panticapes, flu. est Scythiæ prope Bosphorum. Her.
Pacticapæum, oppidum est ibidem prope Bosphorum. Herod. Ciuis Panticapæus, & Panticapæates.
Pantole, impostor fuit nominatissimus. Eustachio.
Pantomatrium, oppidum est Cretæ maritimum. Plinio. lib. 4. cap. 12. Ciuis Pantomatrius.
Pantrepes, flu. est Scythiæ.
Panyasus, flu est Talantiorum Macedoniæ. Ptol.
Panysus. flu. est Mysiæ inferioris. Ptol.
Papæus, nomen est quo apud Scythas vocatur Iuppiter. Hero. lib. 4.
Paphages, rex Ambraciæ Leæna interfectus. Ouid.
Paphara, ciuit. est Syriæ, regionis Cyristicæ. Ptol.
Paphlagonia, regio minoris Asiæ, Galatiæ contermina. Vulgo Anandoule.
Paphlagones, pop. sunt illius regionis.
Paphos, opp. est in Cypro insula Veneri sacrum.
Pahos, inſ. vna è Cycladibus Veneri sacra. Pap.
Paphius. a. um. a Pupho. Verg. Solido Paphiæ de robore myrti.
Paphus, filius Cilicis, ex Eburnea matre, qui in Cypro Pahon vrbem condidit.
Papia, ciuit. Insubrium, alio nomine Ticinũ. Vulgo Pauia, olim Ostrogothorum sedes.
Papinianus, Iurisconsultus Seuero principi gratissimus, ab Antonio Caracalla securi percussus. Spar.
Papinius Statius, Neapolitanus, inter Heroicos Poetas refertur. Composuit multa & varia poemata.
Papitium, vrbs Paphlagoniæ, cuius Papitius. Steph.
Pappa ciuitas est Galatiæ. Ptol.
Pappus, philosoph. Alexandrinus scripsit de situ orbis.
Papremis, vrbs Aegypti in qua Mars colitur. Hero.
Papremitanus. a. um a prædicta vrbe, vnde, Plaga Papremitana.
Papyrius, a velocitate Cursor dictus, de Sãnitibus triũphauit. Liuius. lib. 9.
L. Papyrius Cursor, superioris filius, de Samnitibus vt pater triumphauit.
Papyrius Crassus, cum Priuernates intra mœnia fugasset, myrtea pro laurea corona vsus. Val.
Papyrius Carbo, cum dentibus natus. Plin. 7. lib. cap. 16.
Papyrius Prætextatus, dictus quod in prætexta & adolescentia magnopere visus est supere.
Papyrianus. a. um. Papyriana sæuitia. Liui. lib. 10.
Parabolos, insula parua contra Phœnicem. Pompo.
Paracauda, ciui. est Sodianæ regionis. Strab. lib. 11.
Paradisus, ciuit. est Syriæ. Laodiceæ regionis. Ptol.
Paradisus, fluuius est Seleuciæ. Plin. lib. 5. cap. 27.
Parados, insula est prope Delon insulam.
Paræsitaceni, pop. vltimi in Media Persis cõtigui. Stra.
Paræsus, vrbs condita a Paræso Minois cognato. Step.
Parætaca, vrbs Medica gentile Parætacenus. Steph.
Parætacenæ, regio est Persidis. Ptol.
Paretonium, ciuit. est & portus Africæ. Plin. (Syrtes.
Paretonius. a. um. Lue. Vsque Paretonias Eoa ad litora
Paretonius portus, in Cyrenaica regione. Pomp. lib. 1.
Paragenitæ, pop. sunt. Arcadiæ. Plin. lib. 4. cap. 6.
Paralais, opp est præfecturæ Licaoniæ in Cappadocia.
Parali, pop. Atticæ, qui Paraliam incolum. Steph.
Bapalus, vrbs Melienſum in. Thessalia. Steph.
Paralus, nomen eius qui primus longam nauem inuenit. Plin. lib. 7.
Parapotamia, regio Tigri proxima. Plinio. lib. 6. c. 27.
Parapotamia, vrbs Phocidis, ciuis Parãpotanus. Steph.
Parati, pop. sunt Sardiniæ insulæ. Ptol.
Thibais, ab vna Amazonum quæ Thiba dicebatur.
Thibynis. opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Thicatæ, opp. est Mauritaniæ Tingitanæ. Ptol.
Thisa, ciuit. est Libyæ interioris. Ptol.
Thigiba, colonia est Numidiæ nouæ in Africa. Ptol.
Thinis, opp. est Aegypti, vnde Thinites nomos.
Thinissa, oppidū est Numidiæ in Africa propria. Ptol. Hodie Tunetum Vulg. Tunez.
Thinodus mons est in Aegypto. Ptol.
Thiodamas, vates fuit filius Melampodis. Stá. 10. Thebaid. Sanctoq; Melampode cretum. Thiodamanta (Volunt.
This, ciuitas est Aegypti. Steph.
Thisbe. opp. est Bœotiæ mediterraneum. Ptol.
Thisbe, puella fuit Babylonia. Ouid. 4. Metam.
Thisbæus, a. ū. Ouid. Quæ nunc Thisbæas agitat mutata columbas.
Thisias Siculus, antiquissimus artium scriptor. Quint.
Thisica, opp. est Africæ propriæ. Ptol.
Thisoa, ciuit. est Archadiæ. gentile Thisoates. Steph.
Thmus, vrbs Aegypti, inde Thmuites. Steph.
Thoas, rex fuit crudelissimus in Taurica regione, ab Oreste occisus. Ouid. lib. 3. de Ponto.
Thoas alius, rex Lemni insulæ Liberi patris filius ex Ariadne minois filid. Ouid. lib. 7.
Thoas alius, Iasonis, & Hisipsyphiles filius.
Thoanteus. a, um. vt, Diana Thoātea, i. Taurica Valer.
Thoanteum, promont. est Carpathi insulæ. Ptol.
Thocnea, ciuitas est Aeoliæ. a Tocno quodam. Steph.
Thoe. Nympha Oceani, & Tethyos filia. Hom.
Thomas, nomen Hebraicum, viri proprium.
Thome, opp. est Magnesiæ in Macedonia.
Thon, primus ap[illegible]d Aegyptios, Medicinam in artem redegit. Hom. lib. 4. Odyss.
Thon, rex Canopi mari Menelao vim inferre cōatus ab eo interfectus [illegible]ete.
Thonia, vrbs, & caput Gabanitarum in Idæa.
Thonis, ciuitas est Aegypti. Steph.
Thenius vnus è Centauris Ixionis. & Nubis filius.
Thcon. vir Troianus ab Vlysse interemptus. Hom.
Thoosa, filia Phorci, ex qua Neptunus Polyphemum genuit. Hom. lib. 1. Odyss.
Thootes, vnus ex preconibus Grecorum. Hom. Il. 12.
Thoræ, vicus est Anticechidis tribus. Steph.
Thorax, ciuitas est Aetoliæ. gentile Thoracites. Steh.
Thorax, mons est iuxta Magnesiam. Strab. lib. 14.
Thoræi, populi sunt in Attica. Strab.
Thoricos, opp. est in Attica. Strab. lib. 9.
Thoricos, vicus est Acamantidos tribus. Steph.
Thornax, mons est Laconiæ. Steph.
Thornos, insula est prope Corcyram. Plini. lib. 4. c. 12.
Thospia, ciuitas est Armeniæ maioris. Ptol.
Thospitis palus est in Armenia maiori. Ptol.
Thospitis, regio est Armeniæ maioris. Ptol.
Thous, vnus ex Troianorum principibus. Hom.
Thracia, regio est Europæ Macedoniam sequens. Vulgo Romania.
Thraca, æ. quæ Thracia. Hor. Thraca ne bos Hebrus q̄;
Thrace, es, quæ Thracia. Quid. Armiferam Thracem qui regat. (He.
Thracia, Græce Threce per ita vtrobiq; dicitur.
Thraces, in Asiam transgressi Bithynia vocati sunt.
Thraces, prius Strimonij appellati, quod Strymonem accolerent.
Thraces, aliqui Asiam incolunt. Hero. lib. 3. (lius.
Thrax, homo ex Thracia, Thraissa, fami. rgeionis il:
Thracius. a. um. Verg. Nec Thracius Orpheas. Luca. Boreas cum Tracius Ossæ.
Thraicius. a. um. Verg. Thraiciamq; Samum, quæ nūc Samothracia fertur.
Thracon, vicus est Antiochiæ. Steph.
Thrambus, promontoriū Macedoniæ, vbi natus Thrā busius. Stephan.
Thrascias, ventus spirans inter Septentrionem, & occasum solstitialem. Arist.
Thraseas, Philosophus Stoicus, quem Nero vt venis solutis moreretur, damnauit. Suid.
Thrasius, vir qui cum docuisset Busyrim hospites immolare, omnium primus mactatus est.
Thraso, nomen militis glorioſi apud Terentium.
Thraso, nomen pictoris apud. Strab. lib. 14.
Thrasumenus, lacus in agro Perusino. Plin. lib. 2. Vulgo. Lago di Perugia.
Thrasumenum lacum, semel totum arsisse ait Plinius.
Trasus, nomen viri quod apud nos fiduciam significat, quæ Græce Thrasos dicitur.
Thrasybulus, vir qui Athenas, à. 30. tyrannis oppressas in libertatem redegit. Aemil. Prob.
Trasybulus, dux Milesiorum, cuius stratagema vide apud Frontinum, lib. 2.
Thrasyllus, qui supra Thrasius. Interp. temerarius.
Thrasymachus, Carthaginensis sophista discipulus Isocratis, periodum, & Colon primus monstrauit.
Thrasymedes, filius fuit Nestoris. Hom. 9. Iliad.
Thria, opp. est Oeneidos tribus. Steph.
Thrince, vrbs prope Columnas Herculis. Steph.
Thrioessa, ciuitas est in Peloponneso. Strab. lib. 8.

Thrion,opp.est Messeniæ in Peloponneso.Plin.
Thrius.untis.opp.est Achaiæ.Stephan.
Thrius.untis,opp.est Elidis prope Patras.
Thronion,opp.est Locrorum Epicnemidum.Ptol.
Thronos,opp.est in Cypro insula.
Thryanda,ciuitas est Lyciæ.Stephan.
Thryasius campus,est in Attica regione. Plinio.lib.4.
Thryus,fluuius est Elidis qui in Alpheũ decurrit.Hom.li. 2.Iliad.
Thubina,ciuitas est Mauritaniæ Cæsariensis.Ptol.
Thucydides,Atheniensis historicus, Anaxagoræ discipulus bellum scripsit Peloponnesiacum.
Thucydides Milesius,Athenis inter principes viros ac duces,æmulus Pericles. Marcellin.
Thucydides Pharsalicus.Memnonis filius.Marcelli.
Thucydides Poeta natione Achedryssus,Aristonis filius,qui fuit tempore Plationis comici.Marcel.
Thucycidius.a.um. Cic. Aliqui se se Thucydidios profitentur.&c.
Thudaca,opp.est Mauritaniæ Cæsariensis.Ptol.
Thule,insula est Vltima Septentrionem versus. Vulg. Islandia.Vnde Thuleus.a.um.
Thudeliceta,in Africa contra sinum Carthaginis.
Thumelitha,ciuitas est Lybiæ interioris.Ptol.
Thuniadromon,Colonia est Numidiæ nouæ in Africa.
Thunusda,opp.est Africæ propriæ,Ptol.
Thuppa,ciuitates duæ in Libya interiori.Ptol.
Thuria,Vrbs est Messeniorum in Peloponneso in colle excelsu sita.Stra.lib.8.
Thuriõ,opp.est Calabriæ in sinu Tarrentino finitimũ Crotoni. Pom.lib.2.c.4.
Thurii,po.sunt in eodem sinu Tarentino.
Thurii,ducto de fonte Vocabulo dicuntur. Strab.li 6.
Thurium,opp.inter duo amnes,scilcet Crathin,& Sybarin,Vbi Herodotus condidit historiam.
Thurni,Italiæ pop.prope Syburin Vrbem Plin.
Thurinus.a.um.a Thurio.Ouid.Thurinosq; sinus.
Thuscia,regio Italiæ quondam Vmbria appellata. Vulgo.Toscana.
Tquscia,Tyrrena dicta fuit,a Tyrrheno Atys filio.
Thuscia,alijs scribitur sine aspiratione. Vide Tuscia.
Thusciam,a Tusculo Hercules filio veteres Grammatici dictam volunt,a sacrificijs dictam putant.
Thusci,Vocati sunt postea qui prius Tyrrheni.
Thusci,pop.dicuntur qui Thusciam inhabitant. Cicer.
Thuscus.a.um.possessiuum nomen ã Thuscia,Vt Thusca æquora.
Thuscus,Vicus Romæ in quo Thusci habitauerunt.
Thussagetæ,pop.sunt Pomp. Thussagetæ Tarcæque vastas solitudines occupant.
Thyamis,Vicus est Semiramidis regionis.Steph.
Thyamis,fluu.est qui Thesprontidem Cestrinamq; disterminat,Plin.lib.4.cap.1.
Thyamon mons est in Thraciæ regione.
Thyas.adis.Bacchi sacrificula.Sta.12.Thebaid.
Thyatira,cit.est Lidiæ Mæoniæ in Asia prop.Ptol.
Thyatira,Vna.7.Ecclesiarum,ad quas 10ã.Apost.scripsit Apocalypsim.
Thyatira.insula est ante Aetoliam. Plin.lib.4.cap.13.
Thyatirensis.c. Hiero,Angelo Thyaterensi, testimonium dat filius Dei.
Thyatirenii,dicuntur Thyatiram inhabitantes.Suet.
Thyatireni,pop.sunt conuentus Pergameni.Plin.
Thyberis,siue Thybris,lege infra in dictione Tybris.
Thybris,Viri proprium Aeneæ comitis.Verg.lib.10.
Thydonos,oppidum est Cariæ conuentus Alabandici.
Thyella,ciuitas est Oenotriæ.Steph.
Thyessos,ciuitas est Lydiæ,a Thyesse cognomine.Steph.
Thyestes,filius pelopis ex Hippodamia.Atrei frater et Tantali nepos. (cera mensis.
Thyesteus.a.um. Ouid.Neue Thyesteis cumulemus Thya,Deucalionis filia,ex Ioue peperit Macedoniam quæ regioni nomen dedit.Steph.
Thyia,filia Celphisi,a qua,& Vrbs eiusdem nominis.
Thymatadæ,Vicus Hippothontidos tribus.Steph.
Thymbra,locus est Troadis thymbra plenus.Ser.
Thymbræus.a.um.quod ad Tymbram pertinet.
Thymbræus Apollo,dicitur quia in eo loco eius & nemus,et templum est,Vbi a Paride Achilles occisus.
Thymbrara,ciuitas Asiæ a qua,Thymbrarenses,et Thymbraræi.Steph.
Thymbris,siue Tybris fluuius Romæ.Steph.
Thymbrius,fluuius apud Tymbram fluens.Steph.
Thymele,mulier quæ prima saltationẽ in scæna docuit.
Thymelici,pen.cor.dicti sunt ludi histriones.Vitru.
Thymiateria,ciuitas est Libyæ.Steph.
Thymœtes,Vates fuit filius Priami,& Arisbes.Seru. in.2.Aeñ.Verg.
Thyne,ciuitas est Lybiæ.Steph.
Thynia,insula est in fronte Bythiniæ.Strab.libr.12.
Thynus.a,um.Horat.Merce Thyna beatus.i. Bithyna
Thynnias,inf. est inter ostia Istri fluminis.Põ.(Acrõ.
Thyonias,opp.est Thraciæ.Plin.lib.4.cap.11.
Thynnias,fluuius est in eadem Thracia. (cola.
Thynneius.a.um. Ouid. Ostendit adhuc Thynneius in
Thynniacus.a.um. Propert. Grata Domus Nymphis humida Thyoniacis.
Thynnus,siue Tynnis,Vrbs Aegypti.Hier.de Viris illustrib.
Thynos,opp.est Ciliciæ.Plin.lib.5.cap.12.(gonauticis
Thynus.Viri propriũ,cuius meminit Orpheus in Argonauticis
Thyoneus,Bacchi epithethon,quod ei adhuc inter humanos versanti sacrificaretur.Hora.
Thyræon,ciuitas est Arcadiæ.Steph. (loponneso.
Thyre,vel Thyrea,Vt Thete vel Theta,locus est in Pẽ
Thyre,opp.est Laconiæ regionis. (confinia.
Thyrea,in Cynosura est ad Argiui,& Laconici agri
Thyrea,insula est adiacens Peloponneso.Herod.lib.4.
Thyrides,insulæ sunt in sinu Asinæo. Plin.lib.4.c.12.
Thyros,Vrbs in regno Nestoris,teste Homero.
Thyrsagetæ,pop.ijdẽ qui Thyssagetæ,& Thussagetæ
Thyrsis,nomen est pastoris apud Verg.in Bucolicis.
Thysanusa,ciuitas est in Caria regione.Plin.lib.5.
Thyssagetæ,opp.septentrionales iuxta Mæotidem. Ste.
Thysus,opp.est iuxta montem Atho.Hero.lib.7.

T ANTE I.

Tiarantus,flu,est Scythiæ in Istrum defluens.Hero.
Tiarinlia,opp.est in Hispania.
Tiasum,opp.est in Dacia.Ptol.
Tibareni,pop.sunt Scithici in Asia.Hero.lib.4.
Tibeon,mons Phrygiæ,in Tibeo quodam.Steph.
Tiberias,ciuitas est Palæstinæ Iudææ.

Tiberias lacus, ponitur in eadem Iudæa. Ptol.
Tiberij forum, ciuitas est Heluetiorum in Gallia. Ptol.
Tiberinates, pop. sunt Vmbriæ in Italia. Plin. lib. 3.
Tiberius, inter Cæsares notissimus Augusti successor.
Tiberius, Grammaticus de Ideis orationibus scripsit libros 3. alique complura. Suid. (&c.
Tibereius. a. um. Sta. Tibereia primum aula tibi vix dũ
Tiberiopolis, ciuitas est Phrygiæ. Ptol.
Tibisca, ciuitas est Mysiæ inferioris. Ptol.
Tibiscum. opp. est in Dacia. Ptol.
Tibiscus, flu. est Daciæ. Ptol. Vulg. Tissa.
Tibisis. fluu.. est Cythiæ ex Aemis montibus in Istrũ defluens. Her. lib. 4.
Tibulatij, pop. sunt Sardiniæ insulæ. Ptol. (celiuis.
Tibullus, Poeta aliquantum ad amores, & deliciæ pro
Tiburi, pop. sunt Hispaniæ Tarraconensis. Ptol.
Tiburtes, pop. sunt Sabinorum in Italia. Plin. lib. 3.
Ticarius. flu. est Corsicæ insulæ. Ptol.
Ticena, ciuitas inter Bagradam, & Tritonem in Afri (ca.
Ticher, flu. est Hispaniæ citerioris.
Tichis, flu. est prouinciæ Narbonensis.
Tichos, castellum Achaiæ, indola Tichites. Steph.
Ticinum, opp. est in Transpadana regione. Plin. Vulg. (Vulg. Pesino.
Pauia.
Ticinus. flu. oppido Vicinus, in Padum omnen defluens.
Ticlla, vna ex tribus Hybis Siciliæ. Steph.
Tiernus. flu. est in Apulia regione.
Tifata, opp. est Latij quod interijt. Llin lib. 3. cap. 5.
Tifata Iliceta, inquit Festus, Romæ aũt Tifata curia.
Tifernum, opp. est Vmbrorum in Italia, Ptol. Vul. Cits (piana.
ta de Castello.
Tifernus fluu. est Italiæ. Plin. Vul. Fortoro en Puglies
Tifernates, pop. Italiæ iuxta Thearum. & Lucrinum
in sexta regione Italiæ. Plin lib. 3 cap. 14.
Tigana. opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Tigena. ciuitas est in Arabia felici.
Tigillinus, vir fuit Romanus vitæ corruptissimæ, qui
Neronem ad omnia corruperat. Tacit.
Tigis, oppidum est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Tigrana, ciuitas est Mediæ. Ptol.
Tigranes, rex fuit maioris Armeniæ, de quo sæpe Cic.
Tigranocerta, ciuitas est Armeniæ maioris. Ptol. Vul.
Sulthania.
Tigris. fluu. est celebris, ex Armenia oriens, qui instar
bestiæ mira velocitate decurrit.
Tigullia, ciuitas est Liguriæ in Italia. Ptol, alias dicta
Segesta. Vulg. Sigestro.
Tigurinus vicus, populus est qui quartam Heluetiæ par
tem continet. Cæs. de bell. Vulg. Zurcn.
Tilium, ciui. est litoralis Sardiniæ insulæ. Ptol. Vulg. S.
Repara.
Tiliauentum maius, & minus, fluuij Venetæ regionis.
Plin. Maius. Vul. Taiamento. Minus Stella dicitur.
Tilos, insula est in mari Rubro. Plin. lib. 6. cap. 27.
Tilox, promontorium est in Corsica insula. Ptol.
Tilphoessa, in Bœotia est. Diod. lib. 5.
Tilphosa, fons est sub Tilphosium montem labens ap
pud quem Tiresiæ vatis sepulcrum Pindar.
Tilphosium, oppidum est Bœotiæ. Strab. lib. 9, Steph.
Tilphossẽ, regiuncula Thessaliæ, gentile Tilphossæus
Timacum, opp. est Mysiæ superioris. Ptol.
Timæus, Siculus historicus qui res Græcas conscripsit
Plutarchus in Nicea.
Timæus, philosophus Pithagoricus, cui Plato liber un
de Natura inscripsit. Suid.
Timaginis, ciuitas est in Arabia felici. (35. c. 9.
Timanthes, pictor egregius Zeusis tempore. Plin. lib.
Timarchides, sculptor nobilissimus. Plinio. lib. 36. c. 5.
Timarchides, pictor celeberrimus. Plin. lib. 34. cap. 8.
Timarchus, statuarius nobilis. Plin. lib 34. cap. 8.
Timarchus, alius, orator Demosthenis amicus.
Timauus, fluu. est Venetiæ regionis. Plin. lib. 3. cap. 18.
forte Brenta.
Timocles, comicus Athenienſis, fabulas scripsit quarũ
nonnullas commemorat Atheneus.
Timoclia, mulier Thebana, stuprum a quodã barbaro
Thracum principe per vim passa. Sabellic.
Timolaus Lariſæus discipulus Anaximenis Lampsa
ceni. scripsit poema de bello Troiano. Suid.
Timoleon, Corinthiorum dux inclytus, & viribus for
tissimus, vitæq; abstinentissimus. Plutarch.
Timomachus Byzantius, pictor nobilis Cæsaris dicta
toris tempore, fecit Medæam, et Aiacem. Plin. li. 5.
Timon Athenienſis, tẽporibus fuit belli Peloponnesia
ci, qui ob inhumanitatem dictus Misantropos.
Timon Apolloniates, philosophus Ptolemæo Philadel
pho aceptus, scripsit Tragœd. & Comœd. Gell.
Timonium, Castell. Paphlagoniæ, gentile Timoites. St.
Timotheus Atheniensium dux potentissimus, qui acce
ptam à patre gloriam multis auxit virtutibus.
Timotheus Athenienſis comicus mediæ comediæ cuius
fabulas narrat Atheneus.
Timotheus, Milesius comicus fuit tempore Philippi
Macedonis, scripsit de musica. lib. 17.
Timoteus, sculptor vnus ex ijs qui Mausolæum celaue
re. Plin. lib. 34. cap. 8.
Timotheus Gazæus, Grammaticus tempore Anastasij
principis, cuius nonnulla commemorat. Suid.
Timotheus quoq;, viduæ mulieris filius, & Pauli Ap
postoli Epistolis tum martyrio clarus.
Timyra, vrbs iuxta Isauriam indiæ. Steph.
Tinda, oppidum est in Thracia. Plin. 4. cap. 11.
Tindium, vrbs Libyæ, ciuis Tindanus. Steph.
Tingena, regio est Mesopotamiæ. Ptol.
Tingis Cæsaria, oppidum est Mauritaniæ Tingitanæ
ab Anteo conditum. Vulg. Tanjer.
Tingitana, prouincia est Mouritaniæ à Tingi dicta.
Tinia. flu. est in Tyberim defluens. Vulg. Topino.
Tinissa, ciuitas est Armeniæ maioris. Ptol.
Tios, opp. est Paphlagoniæ Ponti, à Tio sacerdote Mis
lesio. Strab. lib. 12.
Tipanissæ, pop. iuxta Caucasum. Steph.
Tipasa, ciuitas est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Tiphys, viri proprium qui Argonautarum gubernas
tor fuit. Vergil. in Cucolicis.
Tiquadra, insula est prope Baleares. Plin. lib. 3. cap. 5.
Tiresis, vates Thebanus, mutatus quondam in fœmi
nam. Hom. lib. 11. Odyss.
Tiria, vrbs Leucosyrorum. gentile Tiricus. Steph.
Tirithia, ciuitas est in Mesopotamia. Ptol.
Tirius, Tirinthis, fluuius est in Argo.
Tirius, nomen est patriæ Herculis in Peloponneso.

Tisarantus, fluuius est Scythiæ. Herod. lib. 4.
Tisdiris, opp. est Mauritaniæ Tingitanæ.
Tisdritatus. à. um. à Tisdris. Plinio. Cossucium ciuem Tisdritanensem.
Tisias, Stesichorus poeta ante dictus, sed à chorea id nominis sortitus est.
Tisicense, opp. est Africæ propriæ. Ptol.
Tisiphone, vna ex Furis infernalibus, sic à plectendis cædibus dicta.
Tisis, vrbs Aegyti, quam condidit Tisis, ciuis Tisites.
Tisorgia, oppidum est Galliæ Belgicæ. (steph.
Tissa, oppidum est Siciliæ insulæ. Ptol. Hodi Tiss.
Tissinenses, pop. sunt Siciliæ insulæ. Plin. lib. 3. cap. 8.
Titana, regiuncula Sicyoniæ, gentile Titanius, Stepha.
Titan, & Titanus Saturni frater Cæli. & Vestas filius, pro sole ponitur quoniam a Titanibus duxit originem.
Titanas sex fuisse, & quinq; sorores à Titea matre dictas autor est Diodorus.
Titanum vnus, fuit Iapetus pater Promethei.
Titanius, a. um. Verg. Lucentemq; globum Lunæ Titaniaq; astra. (nibus intrat.
Titanicus. a. um. Ouid. Hinc Titaniacis ablata dracoTiranos. fluu. est Aeolidis. regionis. Plin. lib. 5. cap. 30.
Titanus. opp. est eiusdem Aeolidis. Plin. ibidem.
Tiranus portus est in Corsica insula. Ptol.
Titaressus, ciuitas est Armeniæ minoris. Ptol.
Titaron, vrbs Thessaliæ, gentile Titaronius. Steph.
Titronus, Laomedontis filius, qui Memnonem ex Aurora genuit, tandem in cicadam versus.
Tithonius a. um, Vt Coniux Tithonia. i. Aurora. Ouid
Tithorea, vrbs Beotiæ, à Tithorea Nympha. Pau. li. 9
Tithras, vicus in tribu Aegeide, inde Tithrasius. Step.
Tithron, oppidum est Phocidis regionis.
Titia curia, & Titiensis tribus dicta est à Tito Tatio.
Titiani, pop. sunt Corsicæ insulæ. Ptol. Fest.
Titianus, orator Græcus præceptor Maximini principis scripsit libros prouinciarum pulcerrimos.
Titii sacerdotes fuere Apollinis. Varroni sic dicti à Titys auibus, quas in augurij certis obseruare solebãt.
Titius, fluuius est Istriæ. Plin. lib. 3. cap. 19.
Titius, fluuius est Teuthraniæ regionis.
Titoncus, nomen montis apud Dionysium, lib. 1. Steph.
Titortus. alterum ex duobus iugis Parnassi, aliter, Hyampæus.
Titorus, bubulcus monstrosæ fortitudinis, cum Milone de robore certauit. Aelia.
Tituacia, ciuitas est in Hispania. Ptol. Vulg. Illescas.
Titus, flu. es in Illyride seu Liburnia. Vulg. Cherca.
Titus, clarissimus Romanorum Princeps Vespasianĩ filius, & frater Domitiani. Sueton.
Titus prænomen Romanorum a Tico. i. honoro.
Titus Liuius, patauinus, historicus celeberrimus.
Tityrus, nomen est Pastoris apud Verg. et Theocritũ
Tityus, filius fuit Iouis, ex Elara Orchomeni filia.
Tityrum, apud inferos damnatum hac lege poetæ finxerunt, vt eius iecur vultur semper exedat.
Tityi. corporis magnitudinem, Poetæ dixerunt fuisse, vt iacens nouem iugera occuparet. Ouid.
Tityus Sextus, orator. homo loquax, & satis acutus, sed tamen solutus, & mollis in gestu. Cicer.

T ANTE L.

Tlepolemus, Herculis fuit, & Astyoches filius, quam, ex Ephyra Peloponnesi vrbe rapuerat. Hom.
Tletes, popu. Iberici, iuxta Tarteßios. Steph.
Tlos, oppidum est Lyciæ, Plin. lib. 5. cap. 27.

T ANTE M.

Tmolus, mons Lydiæ est croco florentißimus, & vitibus consitus. Plin. lib. 5.
Tmolus, genus arbusculæ videtur esse. Colum. lib. 4.
Tmolius. a. um. Ouid. Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos.
Tmous, filius Tremyli, & Praxidices. Steph.

T ANTE N.

Tnyssus, vrbs Cariæ, gentile Tnyssæus. Steph.

T ANTE O.

Tobata, ciuitas est Paphlagoniæ in Galatia. Ptol.
Tobricum, oppidum est Hispaniæ citerioris. Ptol.
Tobrus, opp. est Africæ propriæ. Ptol.
Tocolosida, opp. est Mauritaniæ Tangitanicæ. Ptol.
Todij, pop. sunt Mauritaniæ Cæsariẽ. Pt. melius Ducæ.
Toga, ciuitas est Armeniæ maioris. Ptol.
Tolasta, vicus est Paphlagoniæ in Galatia. Ptol.
Tolentum, Italiæ oppidum in Picino, a quo
Tolentinates populi dicti. Plin. libr. 3. cap. 13.
Tolerienses, pop. Italiæ dicti ab opp. Latij q. interijt.
Toletum, ciuit. est Hisp. citerioris. Pto. Vulg. Toledo.
Toletani. pop. sunt Hispaniæ conuentus. Carthaginẽsis.
Toletanus. a. um. à Toleto ciuitate dixit Priscianus.
Tolgus, ciuitas est in Epiro. Strab. lib. 7.
Tolistobogi, pop. sunt Galatiæ. Ptol.
Tolophon, vrbs Locrorum Ozolorum, gentile Tolophonius. Steph.
Tolosa, opp. nobilißimum in Gallia Narbonensi.
Tolosates, siue Tolosani, pop. sunt ibidem.
Tomaras, mons est Aetioliæ in regione Epirotica. Pli.
Tomarus, mons est apud Molossos. Solin. cap. 12.
Tomeus, vrbs iuxta Odessum, gentile Tomites. Steph.
Tomeus, mons iuxta Coriphasium Pyli. Steph.
Tomissa, regiuncula distingues Cappadociam a Tauro, gentile Tomisenus, & Tomiseus. Steph.
Tomos, opp. est Thraciæ. Plin. lib 4. cap. 11.
Tomos, ciuitas est in Ponto, vbi Ouidius exulauit.
Tomos dicta, quod illic Medea mẽbra Absyrti fratris consecuit. Ouid. Tomos enim Græcis incisio.
Tomitanus. a. um, Ouid. Inq; Tomitana condat oportet humo.
Tomitus. a. um. Idem Non vacat, in qua sint positi regione Tomiti Quærere.
Tomyris, regina Massagetarum, quæ Cyrum debellauit, eiusque caput in vtrem humano cruore plenum demisit.
Tondarba, ciuitas est in Media regione. Ptol.
Tongri, opp. Galliæ in Belgica. Ptol. quorum ciuitas. Vulgo. Tongheren.
Tonica, emporium est in sinu Barbarico. Ptol.
Tonzus, oppidum est Thraciæ. Ptol.
Topazos, insula est in mari Rubro, in qua reperitur Topazius lapis mire perlucidus.
Topiris, opidum est Thraciæ regionis. Ptol.
Toranius, mango quidam, de quo. Plin. lib. 7. cap. 12.
Tocatæ, pop. sunt iuxta Mœotin. Strab. lib. 11.

Tornacum, ciuitas est Galliæ Belgicæ. Vulg. Tornay.
Toanates, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ. Plin. lib 3.
Toro. c. opp. est Macedoniæ. Plin. lib. 4. cap. 10. Vulg. Agiomamma.
Toroneus, sinus, qui Toroni ciuitati adiacet. Steph.
Torone, ciuit. est Halmenidis regionis in Epiro. Ptol.
Torone, oppidum est Troadis. Steph. (liæ. Steph.
Torone, per duplex. n. & o micron Vtrobiq;, opp. Sicis
Torquatus, cognomen T. Manlij, qui Gallo ab Aniene occiso torquem detraxit.
Torrhebus, Vrbs Lydiæ à Torrhebo Atyis filio. Ste.
Tortomion, Vrbs inter Syriam, & Armeniam. Steph.
Tortosa, nunc dicitur, quæ olim Aniarados.
Totena, regio est Armeniæ maioris. Ptol. melius Mote
T ANTE R. (na.
Arabala, Vrbs Lyciæ gentile Trabalæus. Pteph.
Arabea, nomen Poetæ, cui inter Comicos octauus locus assignatur. Cic. lib. 4. Tuscul.
Trachalus orator Domitiani temporibus. sobrius, & satis apertus fuit. Quint. lib. 12.
Trachea, vocatur tota Isauria, item Ciliciæ pars extra Taurum, Strab. Hinc Teracheotes.
Thrachiæ, insula est prope Coreyram, Plin. lib. 4. c. 12.
Thachin Heraclea, ciuitas est Thessaliæ. Plin. lib. 3. ca. 7. quæ Heraclea ab Hercule cognominata est.
Trachin, vel Thrachis Vrbs est Bœotiæ. Strab. lib. 9.
Trachonitis, regio est Syriæ Palæstinæ. Pli. lib. 5. c. 18
Trachonitis tetraches fuit Philippus, iuxta Euangelium Lucæ.
Trachyna, oppid. Campaniæ prius dictum Anxur postea. Tarracinæ. (Cetam.
Trachynius. a. um. Ln. Herculeum miles Trachynius.
Trachyni, orum. Cic. Quas hic Voces apud Sophoclem Trachynis edit. sui profert.
Tractari, videtur esse quos Clau. Tartoros prima bre
Tragasæ, regio Epiri à Tragaso quodam. Steph.
Tragiæ, insulæ sunt in ora Ioniæ. Strab. lib. 14.
Tragia, insula Vna é Cheladibus. Plin. lib. 4. cap. 12.
Tragilos, Vrbs Thraciæ iuxta Chersonnesum. Steph.
Tragium, oppidum est in Peloponneso. Strab. lib. 8.
Tcos, inf. est contra Ephesum Anacreontis patria.
Tephene, toparchia est Iudææ Palæstinæ. Pli. li. 5. c. 15
Tragonica, ciuitas est in perside regione. Ptol.
Tragurium, insula cum oppido adiacens Dalmatiæ. Plin. Vulg. Trau.
Traiana, ciuitas est Picenorum mediterranea. Ptol.
Traiana, ciui est in Germania inferiori.
Traianopolis, ciui. est in Thraciæ Chersonneso. Ptol.
Traianopolis, ciui. est Phrygiæ maioris in Asia. Ptol.
Traianus portus, est in Tuscia. Ptol. Hodie Volaterranorum portus. Vulgo Puerto Fangozo.
Traianus, inter Cæsares optimus.
Traianus, patricius sub Iustiniano principe floruit. scripsitepitomen temporum. Suid.
scripsit epitomen temporum. Suid.
Tralion in Bithynia, pertingit vsque ad Estaceum sinum, gentile Trallij. Steph.
Trallis, ciuitas est Cariæ regionis, Plin. lib. 5. cap. 19.
Trallis, ab Argiuis. & à Thracibus condita. (dicta
Trallis, Vrbs Lydiæ iuxta Meandrum prius Anthea
Trallianl, siue Trallienses, populi à Trallibus.
Tralius, a. ū. Liuius. lib. 37. Extremos, inquit, Tralios.
Tranaducta, ciui. est Bastulorum in Hisp. Ptol.
Tranomontani, pop sunt in Sarmatia Europæ. Ptol
Transalpina Gallia eadem, quæ cammata. Calepin.
Transetenina. Italiæ pares est. Sempron.
Transistrana, regio, quæ est trans Istrum fluuium.
Traspadana, regio est, quam prisci Tusci tenuere. Vulgo. Lombardia.
Trapeza, Vrbs Arcadiæ prope Tricolon. Steph.
Trapezus antis. ciui. est Cappadociæ. Plin. Vulg. Trapezunda. (lia. Steph.
Trapezus, alia in Arcadia, à Trapezunte Licaonis, fis
Trapezuntius. a. um. res ad Trapezuntem pertinens.
Trapezopolis, ciuitas est Cariæ regionis. Ptol.
Trapezopolitæ. pop. sunt Cariæ conuentus Alabandici. Plin. (Ptol.
Trapezusa, ciuit. Ponti. Cappadocum in Cappedocia.
Traphe, Vrbs iuxta Pontum, inde Traphenus. Steph.
Trasymenus, lacus in agro Petusino, Vide supra Trasumenus. Vulg. Lago de Perusa.
Trauchenij pop. iuuxta Ponti m Sindis finitimi. Steph.
Trausi. pop. quos Græci Agathyrsos nominant. Steph.
Treba, ciuitas Latinorum mediterranea.
Trebatius, iurisconsultus Ciceroni familiaris.
Trebia, fluuius est in Padum defluens. Plin. lib. 3. ca. 16.
Trebiates, pop. sunt Vmbriæ in Italia. Pli. lib. 3. ca. 14.
Trebonius, vir qui cum Bruto, & Cassio coniurauit in Cæsarem in Asia fraude Dolabellæ interfectus.
Trebula, ciuitas est Campanorum mediterranea. Pt.
Trebulani. pop. sunt Italiæ à Trebula. Plin. lib.
Trecæ, Vrbs nobilis, & potens in Cãpania Gallicana. Vul. Troya en Champaña. cap. 10.
Trecasses. pop. sunt Galliæ Lugdunensis. Plin. libr. 4.
Trechus, vir Aetolus, bellator egregius. Ho. 5. Iliad.
Tremile, Lycia olim vocatur. incolæ Tremileis. St.
Tremithus vicus in Cypro, incolæ Tremithi sij. Ste.
Treres. pop. sunt Macedoniæ finitimi. Plinio. libr. 4. cap. 10.
Trerus, fluuius Italiæ iuxta Fabrateriam fluens. Str.
Trerus, regincula Thraciæ. Steph.
Trespylios, insula est in ora Ioniæ. Plin. lib. 5. cap. 31.
Treuiri, populi sunt Galliæ Belgicæ. Cesari.
Treuiricus. a. um. Auson. Treuiricæ que vbi solium.
Triacenses, populi sunt Piceni in Italia. Plin. lib 3.
Triachosachia, pars est Arabiæ ad Babylonem.
Triarus, magnus orator, cuius meminit Cice. de claris Oratoribus.
Triualli, Epiri. pop. Dardanis oppositi. Pli. lib. 4. ca. 1.
Tribanta, ciuitas est in Phrygia magna. Ptol.
Tribones, siue Tribocei, populi sunt Galliæ Belgicæ. Vul. Los de Alsacia.
Tribulium. opp. est Liburniæ. Plin. lib. 3. cap. 22.
Tribuanus, quæstor Iustianiani fuit, Christianæ religionis contemptor.
Trica, vel Trica. opp. est Thessaliæ. Steph.
Trica, ciuitas fuit in Apula Daunia, à Diomede euersa Plin. lib 3 cap. 10.
Tricalon, Vrbs Sicecorum, gentile Tricalinus. Steph.
Tricaræa, castellum Phlasiæ. gentile Tricaræus. Step.
Triccæ, Se. in Troade. Parua Cortynæ sterilisq; Triccæ
Tricasij, pop. sunt Galliæ Lugdunensis. Ptol.

Tricastini, pop. sunt Galliæ Narbonensis. Pli. li. 3. ca. 4.
Tricastinus. a. ū. Sil. lāq; Tricastinis incedit finibus. ag=
Trichone, opp. est Phocidis. Plin. lib. 4. cap. 2. (men.
Tricolorū regio, est in prouincia Naruonensi. Pli. li. 3.
Tricomia, ciuitas est Phrygiæ magnæ. Ptol.
Tricogius, vir, qui epotis tribus congijs spectāte Ti=
berio principe nomen sibi vendicauit præclarum.
Tricornesij, popi. sunt Mysiæ superioris. Ptol.
Triconium, ciuitas est Mysiæ superioris. Ptol.
Tricorythus, ciuitas est in Attica regione. Strab. lib. 8.
Tridentum, oppid. est Cenomanorum in Italia. Ptol.
Vulg. Trento.
Tridentini, pop. sunt eius oppidi incolæ. Plin. lib. 3.
Triena, ciuitas est Cariæ regionis.
Trieris, oppidū est Syriæ Phœnices. Plin. lib. 5. c. 20.
Tricrum, promont. est Syrtis paruæ. Ptol.
Trigarius, locus iuxta campum Martium Plinio. libr.
37. cap. 13.
Trigemina, porta Romæ dicebatur, per quam trige=
minifratres Horatij exierunt. Vul. Porta di. S. Pau=
Trimanium, opp. est Mysiæ inferioris. Ptol. (lo.
Trimethus, ciuitas est in Cypro insula. Ptol.
Trimontium, opp. est Britanniæ insulæ, Ptol.
Trimontium, ciuitas Thraciæ, quæ Gadrianopolis, &
Philippolis. Vulgo Andrinopoli
Trinacria, insula prius dicta quæ postea Rhodus. Plin.
Vulg. Rhodas.
Trinaria, insula eadem quæ Sicania siue Sicilia.
Trinacria, a tribus promōtorijs dicta, Pachyno, Lily=
bæo, & Peloro, vel à Trinacro Neptuni filio.
Trinaris, idis. Ou. Trinacris est oculis te duce visameis
Trinacrius. a. ū. Verg. Præstat Trinacrij metas lustra
re Pachyni.
Trinassus, nauale est en Peloponneso. Ptol.
Trinemij, populi sunt in Attica. Strab.
Trinemeis, vicus in Cecropine tribu. Steph.
Trinessa, locus Phrygiæ, gentile Trinessæus. Steph.
Tuinium flumen est Italiæ prope Rifernum. Plin. lib.
1. Vulg. Trenio.
Trinoantes, pop. sunt Britaniæ insulæ. Ptol.
Triochala, ciuitas est incilicæ insula, de qua Sillius.
Triochalani, pop. sunt eiusdem Siciliæ insulæ.
Trioditis Hecate, quod in triuijs colatur. Steph.
Triopas, rex fuit Thessalorum.
Triopium, promontorium est. Diodo. lib. 6.
Trozenus, Thrax fuit vnus ex his, qui venere in auxi=
lium, Troianorum. Hom. lib. 2. Ilia.
Triphylia, regio est in Peloponneso. Strab. lib. 8.
Tripodes, & tripodiscio, locus est in Attica. Strab. 8.
Tripolis, tres sunt ciuitates in Syria Phœnices. Tyrus
Sidon, & Aradus. Strab.
Tripolis, tres sunt ciuitates Africæ inter Syrtes Abro
tonum. Thophyia. Leptis magna. Pomp.
Tripolis, tres sunt item ciuitates in Caria.
Tripolissi, vel Tripolissij, populi Thesprotici. Steph.
Tripolitani, pop. sunt conuentus Sardiani. Plin. lib. 5.
Tripolites, Græcis dicitur, quod Latinis Tripolita=
nus. Donat. (pontes.
Tripontium, Vmbriæ opp. sic dictū quod tres habeat=
Tripolemus, Cælei filius, inuentor aratri, & Agricul=
turæ in Attica regione. Seru.

Triquetra, Sicilia insula dicitur, quod trianguli figu=
ram habeat.
Triquetrus. a. um. Sillius. Triquetris quā miserat oris.
Trita, o. pp. est iuxta Appenium. Plin. lib. 3 cap. 5.
Trisanton. flu. est Britanniæ insulæ. Ptol.
Trisela, opp. est Siciliæ insulæ.
Trisidis, opp. est Mauritaniæ Tingitanæ. Ptol.
Trismegistus, nepos fuit maioris Mercurij, quem Nili
filium fabulantur fuisse.
Trismegistus, dictus quasi ter maximus Philos. & sa=
Trissplæ, populi Thraciæ. Steph. (cerdos.
Tristolus, ciuit. est Sinticæ regionis Macedoniæ. Ptol.
Tritanus, gladiator fuit prodigiosæ fortitudinis. Plin.
Tritea, vrbs Achaiæ, ciuis Tritæus. Steph.
Trites, pop. fuerunt Achiuorum. Herod. lib. 1.
Tritium Metalum, ciuitas est Beronum in Hispania.
Ptol. Vulg. Tafalla.
Tritum Tuboricum: ciuitas est Valdulorum in Hispa=
nia. Ptol. Vulg. Najara.
Triton, Deus marinus Neptuni, & Salatiæ Deæ mari=
næ, ab aqua salsa dictæ filius, Seru.
Triton, flu. & palus est inter duas Syrtes. Luc. Torpen
tem Tritonos adit illæsa paludem.
Triton promontorium est in Numidia. (da.
Tritonis, idis. Lu. Et se dilecta Tritonida dixit ab vn=
Tritonia, dicta est Minerua quæ primum ad lacū Tri=
tonis visa est habitu virginali.
Tritonia à Cretæ filio Tritonis dicta. Diod.
Tritonicus. a. um. Ouid. Quui Tritoniacā nouies sub=
iere paladem.
Tritoniace, vrbs Ponti eadem quæ supra Tomos ap=
pellata.
Trittæa, ciuitas est in Achaia, cuius meminit. Strab.
Trittæenses, pop. sunt in eadem Achaia. Strab. lib. 8.
Triuia, dicta est Diana, quod Triuijs præesset. Verg.
Triuia Diana, propter id, tres facies habere fingeba=
Triulatri, pop. sunt Alpini. Pli. lib. 3. cap. 20. (tur
Triumphale, cognomento Ipasturgi, opp. est Bæticæ.
Triumpili, pop. sunt Eugancorū. Pli. lib. 3. cap 30. (Pli.
Trizi, populi iuxta strum Meridiem versus. Steph.
Triumphalis, porta Romæ, quod per eam triumphan=
tes victores in vrbem deducerentur.
Troas, ciuitas quæ prius Troia appellabatur. Hieron.
Troas, regio est Asiæ minoris Helespontoadiacens.
Troas, quondam Aeolis, & Mysia appellata fuit. Plin=
nio. 5. 30.
Throas, app. est Troadis regionis, in qua Ilion.
Trocmi, pop. sunt Galatiæ. Ptol.
Troctes, vir quidam è Phœnicia aptus ad decipiendū.
Hom. lib. 14. Odyss.
Troezē oppidum est Messeniæ mediterraneum iuxta Is=
thon. Ptol. Vulg. Predena.
Troezen, opp. Cariæ conuentus Alabandici. Plin.
Troezen, multi soluta dihpthongo proferūt Troezē.
Troezen, Græci per, oi. proferunt quam nos in verti=
mus.
Troezenia, regio in minori Asia, à qua Troēzenij.
Troezenij, populi fide societatis Atticæ illustres in.
ipso Chersonneso siti. Pomp.
Troezenius. a. um. Ouid. Hac Ixionides, illic Troezeni=
us heros Perithoum, ac Thesea intelligens.

Trogiliæ inſ. ſunt in ora Iouiæ. Plin lib. 5. ca. 31.
Trogilia ora, eſt in Ionia. Plin lib. 5. cap. 29.
Troglos, vrbs in Sicilia, & regio Macedoniæ. Steph.
Troglodítæ. pop. ſunt cauernas incolentes.
Troglodítæ, a Troglo, quod foramen ſignificat, appellas
Troglodítæ. pop. ſunt Aethiopiæ. Aegypti. (ti ſunt.
Troglodytyca regio eſt, in eadem Aethiopia. Ptol. Vul. El reyno de Melinda en Ethiopia.
Troglodítæ ſunt, quos dicunt Magabares. Diod.
Troglodytæ alteri pop. ſunt ſeptentrionales.
Troia, regio eſt minoris Aſiæ, in qua fuit Ilion ciuit. regia. Priami, a Troe rege.
Troia, a Troe rege dicta, ſicut Teucria à Teucro.
Troia, vrbs quam Aeneas condidit. Verg. Troiæ cum conderet vrbem.
Troia & regio Priami, & luſus puerorum equeſtris dicitur ab Aenea conſtitutus. Feſt.
Troia, Lacus in agro Laurẽte, in quo primũ Aeneas cum ſocijs conſtitit.
Troia, vicus in Attica, qui nunc Zipetu vocatur. Step.
Troianus. a. um. à Troia. Ouid. Troianus vt opes.
Troicus. a. um. Ouid. Troica fata canunt. &c.
Troianus. a. um. trium ſyllabarum, Vergil. Armaque fixit Troia.
Troiugenus. a. um. à Troia genitus. Ennius, Troiugenas bello claros.
Troicus, mõs, & Troites flu. in Aegypto ſunt. Stepha.
Tros, qui ex Troia eſt, Verg. Tros ait, Aenea ceſſas.
Troici lapidis dorſum, mons eſt Aegypti. Ptol.
Troilius, filius fuit Priami et Hecubæ ab Achilæ occiſus, quo viuo Troia capi non potĕrat. (Etruſcis.
Troitium, ſiue Troitum, opp. Phaliſcorum finitimum
Troizenus. Thrax fuit vnus ex his, qui Troianis in auxilium venere. Hom.
Trometina tribus, dicta eſt à campo Trometino. Feſt.
Trometina tribus, eſt à loco Celij. Fabio Pict.
Tronium, opp. eſt Locrenſium. Hom. 2. Iliad.
Trophæa Auguſti, locus eſt in Italia. Pto. Vul. Torbia cerca del puerta de Manaco.
Trophæa Druſi, loeus eſt in Germania. Ptol.
Trophæa Pompeij, ſunt in montibus Pyreneæis.
Trophonius, vates ſummus in ſecandis ſaxis artifex, adytum Delphicum ex. 5. laPidibus ſtruxit. Stat.
Tros, rex Troiæ fuit, Ganymedis pater, à quo Troia dicta. (lib. 33. cap. 2.
Troſſulum. oppidum eſt Tuſciæ mediteraum. Plinio.
Troſidi, a Troſſulo dicti ſunt equites Romani. Cat. in Orig.
Trucænes. inſulæ ſunt in mari Adriatico. Plin. lib. 3.
Trudetinus, a. um. an Tridentinus, an Truentinus à Truento.
Trudentinus. a. ũ. Sil. Quinq; Trudentinas ſeruat. &c.
Truentinates. pop. ſunt in Sammitis.
Truentum. opp. eſt. & flumen in Piceno. Plin. Vulgo.
Truentinorũ forum, eſt in eadem regione. (Tronto.
Trulla, portus eſt in Arabia felici. Ptol.
Tryche, vrbs Eubœæ, gentile Trychelis. Steph.
Thriphiodorus, Aegyptius Poeta ſcripſit Marathonia ca. & poema de excidio Ilij. Suid.
Tryphon, Alexandrinus gramamaticus Auguſti temꝑe ſcripſit de copia orationis. Suid.
Thryphon, Originis auditor ad quem nonnullæ eius extant epiſtolæ Hieronym.
Tryxæ. opp. eſt in Thera inſula. Herod.

T ANTE V.

Tuáti, Vetus, & noue, oppida ſunt Bæticæ. Plin. libr. 3.
Tubanti pop. ſunt Germaniæ magnæ. Ptol.
Tubero. onis, fru. eſt apud Indos. Pom. lib. 3. c. 7. (gario.
Tubero, Romanus notiſſimus ex orat. Cicer. pro Li-
Tubuſuptus. oppid. eſt Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptol.
Tubuſtini. pop. ſunt Hirpinorum in Italia. Plin.
Tucabatha, ciuitas eſt Libyæ interioris. Ptol.
Tucca, opp. eſt Numidiæ nouæ in Africa. Ptol.
Tucca, opp. eſt inter Trabraeam, & Bragadam.
Tucca, ciuitas eſt Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptol.
Tucca. L. Varius, & Plocius viri doctiſſimi amici. Vergilij. iuſſu Auguſti Verg. carmina emendarũt.
Tucci. oppidum eſt Bæticæ conuentus Aſtigitani. Plin. lib 3 cap. 1. Vulg. Tuclino Alijs Martos.
Tuccitanus. a. um. res ad Tuccos pertinens.
Tucris, ciuitas eſt Hiſpan. Ptol. Vulg. Tudela.
Tucrumuda, ciuitas eſt Libyæ interioris. Ptol.
Tuci. bis, opp. eſt Africæ propriæ. Ptol.
Tude, eadem eſt quæ Tyde in Gallicia. Sol. Vulg. Tuy.
Tudernum, opp. eſt in Caſſiano itinere ab vrbe in Gallias. Vulg. Muderne.
Tudernis, vna eſt Tuſcis, aquæ ac eiuſdẽ nominis. Florentia. (tano. Vulg. Todi.
Vuders, etis, ſiue Tudertum, id eſt, opp. in ducatu Spole
Tuders, Sil. Haud parci Martem coluiſſe Tudertes.
Tudertes, & Tudertini, appellantur Tudertum habitantes. (haberet.
Tuditanus, viri proprium, quod caput ſimile malleo
Tuerobius. flu. eſt Britanniæ inſule. Ptol.
Tueſis. æſtuarium eſt maris Brittanici. Ptol.
Tugini, pop. ſunt Galliæ in Heluetijs. Strab. lib. 4.
Tuia, ciuitas eſt in Hiſpania. Ptol.
Tuſſi. pop. ſunt Cantabriæ in Hiſpania.
Tulcis, modicus amnis Hiſp. Tarraconen. Pom.
Tulenſij, pop. ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptol.
Tulingi, pop ſunt (vt oppinor) Galliæ Belgicæ.
Tulipburdum. Germaniæ vrbs. Pto. Vul. Gottinghem.
Tulis Virgiũ, opp. eſt Germaniæ. Ptol. Vul. Brunſuique
Tulia, filia fuit Seruij, ſexti Romanorum regis.
Tullianum, locus in carcere Romæ, plenus fœdis odoribus. (fuerit.
Tullianum dictus, quod à Tullo Rege carceri additum
Tullica, ciuitas eſt Cariſiorum in Hiſpania. Ptol.
Tullius, nomen Oratoris Latinorum omniũ principis.
Tullum, ciui eſt Leutorum in Gallia Belgica. Ptol.
Tullus Hoſtibus tertius Romanorum rex. Romulo bellicoſior. Li. lib. 1. Dec. 1.
Tulonium, ciuitas eſt Vardulorum in Hiſpania. Ptol.
Tumarra, opp. eſt Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptol.
Tumnias, mons eſt in Tuſcia. Cat. in fragm. Orig.
Tunetum, ſiue Tunitiũ, opp. eſt Numidiæ. Vul. Tunez.
Tunetũ, Scipionis tempore, tumulus erat editior, vnde Scipio ſpectabat Carthaginenſes. (lat.
Tunetæi, à Tuneto dicti quos Sidonius Tuniſæos appel
Tuntobriga, ciuitas eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis. Ptol.
Tuola, flu. eſt Corſicæ inſulæ. Ptol.
Tuphium, ciuitas eſt Aegypti. Ptol.

Turaphilum,op. Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Turiarius, vicus Romæ est Ausonio.
Turbo, nomen proprium gladiatoris. Hor. lib. 2. Serm.
Turbula, ciuitas est Bastinorum in Hispania. Ptol.
Turcæ, pop. sunt. Scytici iuxta Thyssagetas. Pomp.
Turcis, orti indicatur, qui ætate uostra latissimè imperitant.
Turde, ciuitas est Vilumbrorum in Italia. Ptol.
Turdetania, regio est in Bætica. Strab. lib. 3. Vulgo. El reyno de Murcia, en Andaluzia.
Turduli, veteres, & noui, sunt in eadem Bætica.
Turgina, opp. est in Hispania.
Turia, vel Thuria, flu. est Hispaniæ citeirioris. Vulgo. Guadalquiuir.
Turia, in sinum Sucronensem influit.
Turinus. a. um. à Turia. Ouid. Turinosque sinus.
Turiaso, ciui. est Celtiberum in Hispa. Vul. Taraçona.
Turiasonenses, pop sunt Hispaniæ citerioris. Pln.
Turiciace, ciui. est Tauricæ Chersonnesi. Ptol.
Turiga. opp. est Bæticæ quod Vcultuniacum. Plin.
Turini, pop. Italiæ, comites militiæ Atheniensium.
Turinos, in tertia Italiæ regione collocat. Plin.
Turmantini pop. sunt Hirpinorum in in Italia. Plin.
Turmodigi, pop. sunt Hispaniæ citerioris. Plin. lib. 3.
Turmogum. opp est. Hispan. Lusitaniæ. Ptol. (lib 12.
Turnus, nomen ducis qui ab Aenea occisus est. Vergil.
Turobriga, ciui. est Bæticæ. Plin lib 3. cap. 1.
Torocelo quod Vetriolũ, opp. in Vmbria quod interijt.
Turodori, pop. sunt Hispan. Tarraconensis. Ptol.
Turogij, pop. sunt Galliæ Narbonensis.
Turogij inter Tricasios & Auernos sunt.
Turones, pop. sunt Galliæ Ludunensis. Plin. lib 4.
Turoni pop sunt, Germaniæ magnæ. Ptol.
Turio Ambuius, actor comœdiarũ Terentij temporib.
Turrena, & Volturrena, incertæ originis sunt. Ioan
Turreni, siue Turrheni, pop. sunt Italiæ. (Annio.
Turrheni, siue Tyrtheni non à Tyrrheno Atys filio dicuntur. sed.
Turreni, dicti sunt a Torsibus Myrsilio. cap. 7.
Turris Bissonis, ciuit. est Sardiniæ insulæ. Ptol.
Turris Stratonis, opp. est Palæstinæ. Plin. lib. 5.
Turris Syllana, opp. Hisp. Vug. Tordesillas.
Turrus. flu. est Venetiæ regionis. Plin. lib. 3.
Tusena, opp est in Aurel ano itinere ab Vsbe in Gallias.
Turulis. flu. est Hisp. Tarraconensis. Ptol.
Turnutus. flu est Sarmatiæ in Europa. Ptol.
Turruptiana, ciuitas est Hispan. Ptol.
Turzo, ciuitas est Africæ sub Adrimitto. Ptol.
Tusadirum, promont. est Mauritaniæ Tingitanæ.
Tuscania, opp, est Tusciæ prope Tarquinios.
Tuscanienses pop. sunt Eutruriæ. Plin. lib 3. cap. 5. Dõde se halla el castillo de Thoscanella.
Tuscenius, homo furiosus & auarus, cuius meminit.
Tuscia, lege supra Thuscia cum aspiratione. (Cice.
Tusca, Tuscia, Thusca, Thuscia, incerta originis sunt.
Tusculum, Italiæ oppidum Ciceronis Villa, nobilissimũ Vulgo. Frascati.
Tusculanum prædium, iuxta Tusculum vnde Tusculanæ quæstiones.
Tusculanus. a. um. qui Tusculum incolit. Cic. (tissima.
Tusculanus ager, in quo erat Villa Ciceronis celebra-
Tusculanensis, & Tusculanense, è Tusculo fecit. Cice.
Tusculus. a. um. Stat. Algidus aut horrens aut Tuscula protegit vmbra.
Tusci, vicus Romæ, vbi habitauerunt Tusci.
Tusigath. opp. est Mauritaniæ Cæsariensis, Ptol.
Tussa, quarta pars est tetrapolis Etruriæ.
Tusicani pop. sunt Vmbriæ in Italia. Plin. lib 3.
Tutanus, Deus apud Ethnicos, qui homines tueri, tutas batur. Var.
Tutanum. Deum Romæ omnes qui laborant, inuocant.
Tutelæara, locus est in Corsica insula. Ptol.
Tuticum, opp. est Samnitum in Italia. Ptol.
Tutienses, pop. Italiæ ab oppido quod interijt. Plin.
Tutilina, Dea quæ tutandis frugibus præerat, vt in tuto seruarentur. Varron.

T ANTE Y.

Tyana, opp. est Ioniæ regionis.
Tyana, ciuitas Græca in Cappadociæ finibus posita. Apollonij Tyanæi patria fuit. Philost. (cola.
Tyaneus. a. um. Quid offendit ad hunc Tyaneus illic in
Tyanitis. præfectura est in Cappadocia. Strab. lib. 12.
Tyare, opp. est Teuthraniæ. Plin. lib 5 cap 30.
Tyaren, pop. sunt conuentus Pergameni. Plin. lib. 5.
Tyberis, flu. Italiæ clarissimus. Vulg. Tevero.
Tyberis, a Tyberino Albonorum rege in eo merso dicitur. Liuius. Ouid. (ret
Tyberis cognominatus est Serra ab eo quod ripas seca
Tyberis præterea dictus est Rumon quod eas dem ripas vmmaret.
Tyberis, primũ ab aquarum colore Albula, deinde Tyberis appellatus,
Tybris vero, à Tybri rege antiquiss. de quo Varr. li. 8
Tyberinus. a. um. Luc. Tyberina in flumina riuo.
Tyberina ostia, qua Tyberis exit in mare.
Tybrinus per Syncopen pro Tyberinus. Claud. Rediẽs que per vndas Cloelia Tybrinas. (des omnes.
Tyberinis. idis. Ouid. Annue aut Nymphæ Tyberinis
Tyberius, nomen Imperat. Rom. Augusti successoris.
Tyberij, dicti sunt quoe iuxta Tyberim flu. nascerẽtur.
Tybur, oppid. Italiæ. 16 passuum. M. ab Vrbe distans. Vulg. Tiuoli.
Tyburtius. a. um. Verg. Tum gemini fratres Tyburtia litora linquunt.
Tybur, commune trium est, Gell. Meminimus in Tyburti Bibliotheca.
Tyburtis, e Gell. In Tiburte rure concesseramus.
Tyburtinus, a. um. quod est ex Tyburto,
Tyburtini, pop. sunt Vmbriæ in Italia.
Tycha Nympha Oceani & Tethyos filia. Hesiod.
Tyche, Vrbs Siciliæ, tertia pars Syracusarum. Cicer.
Tychius, cerdo fuit siue faber celeberrimus. Hom.
Tydæ, ciuit. est siue Castellum Grauiorũ in Hisp. Vulgo. Tuy. (terfectus.
Tydæus, Oenei & Altheæ fuit filius, à Menalippo in-
Tydides. Diomedes Tydei filius, bellator strenuus.
Tyenis, mons Colchorum a Tyenide fluuio. Steph.
Tylassus, mons Italiæ. Steph. (Stepha.
Tylis, Vrbs Thraciæ. prope Hemum, gentile Tylites.
Tymber, nomen viri & fluminis quod Stepha. Tymbrium appellat.
Tmbriani, pop. sunt in Phrygia. Steph.

Tymenæen, vrbs iuxta Phrygiam, qui inhabitat Tymenæs. Steph.
Tymes, vrbs Lybiæ, gentile Tymesius. Steph.
Tymnissus, vrbs Cariæ, gentile Tymnisseus. Steph.
Tymnus, vrbs Cariæ: gentile Tymnius. Steph.
Tymetes, vates fuit Priami & Trisbæ filius. Seru.
Tymphei, pop. sunt finitimi Macedoniæ. Strab. lib. 7.
Tyndaris, colonia est in Sicilia insula. Plin.
Tyndaritani à Siciliæ opp. Tyndaride dicuntur.
Tyndarij, scopuli sunt tres adiacentes. Africæ. Ptol.
Tyndatus, fuit rex Oebaliæ pater Castoris & Pollucis. (daris.
Tyndaridæ Castor, & Pollux dicti, & Helena. Tyndareus. a. um. Valer. Tyndareus q; puer, mihi velle re gratior Helles.
Tynes, vrbs Siciliæ, gentile Tynesius. Steph.
Typhoneus specus, est in Cilicia. Pomp. lib. 1. cap. 13.
Typhonis cubile, est in Cilia. Solin. cap. 51.
Typhoeus, gigas fuit terræ & Titani filius, alio nomine Typhon. Seneca in Hercule furente.
Typhoeus. a. um. 4. syllabarum. Verg. Nate patris summi, qui tela Typhoea temnis.
Typhoius. a. um. Claud. Rupit ne Typhoia ceruix.
Typhon alius, frater Osiridis regis Aegypti. Dio. Sic.
Typhon ventus est. Arist. 2. Meteor.
Tyra, fluuius est Sarmatiæ. Plin. lib. 4. cap. 12. Valeri. Linquitur abreptis pelago Tyræ.
Tyra, flu. est Mysiæ inferioris. Ptol.
Tyra ciuitas est Mysiæ inferioris. Ptol.
Tyra quoque, oppidū est Sarmatiæ in Europa, quod antea Ophiusa dicebatur. Plin.
Tyramba, ciuitas est Sarmatiæ. Ptol. lib. 5. cap. 9. Hodie Trapano.
Tyrambæ, pop. sunt Sarmatiæ Asiaticæ. Ptol.
Tyrangitæ, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. Ptol.
Tyrannion Amisenus, Romæ docuit tempore Magni Pompeij.
Tyrannion dictus, quod inter æquales superbis versabatur moribus.
Tyrannion alius, è Phœnicia discipulus prioris. Suid.
Tyanius, sophista qui scripsit de diuisione partium orationis, lib. 10 Suid. (Tucydid.
Tyrea, siue Tyræ. arum. lege Thyre vel Thyrea ex
Tyres, flu. est Scythiæ post Istrum secundus. Herod.
Tyricense, opp. est Africæ propriæ. Plin. lib. 5. cap. 4.
Tyricos, pop est Aticæ. Acamantidos tribus. Strab.
Tyridates, rex Armeniæ, temporibus Neronis. Plinio. libr. 33.
Tyrinchia, oppidum Peloponnesi, Argis vicinum, i quo nutritus est Hercules.
Tyrinthia. æ. legitur quoq; Tiryns, thos. Merul.
Tyrinchius, a ū. à Tyrinthia, vnde, Herculis Tyrinthius. Ouid.
Tyrissa, ciuit. est Acmathiæ in Macedonia. Ptol. (us.
Tyrissæi, pop. sunt Macedoniæ mediterranei.
Tyristasis, opp. est Chersonesi ad Propontidem. Plin.
Tyristris, opp. est Peloponnesi in sinu Argolico.
Tyristripolis, ciuit. est in Mysia inferiori.
Tyritacitæ, vrbs Ponti gentile Tyritacitæus. Steph.
Tyritæ, Græci qui incolunt iuxta Tyron flu. Hero.
Tyritus, mons est Aethiopiæ. Diod. lib. 4.
Tyrmenij, Scythiæ pop peritissimi nauigandi. Steph.
Tyrmide, vicus in tribu Oeneide. Steph.
Tyro. M. Tull Ciceronis alumnus & libertus fuit.
Tironianum. a. um. possessium à Tirone. Gel lib. 17.
Tyropater fuit Didonis qui alijs Belus vocatus est.
Tyro, virgunc. la fuit Thessala Salmonei filia. Propert. lib. 7.
Tyrodiza, Perinthiorum ora. Herod. 7 lib. 7. (Sur.
Tyros, opp. est Syriæ Pœnices. Ptol. Vulg. Puerto de
Tyros. Phœniciæ peninsula. Plin. lib. 5 cap. 19. (Sur.
Tyros, vrbs insignis mœnibus in Peloponneso. Hom.
Tyros antiqua, prouerbium quo significamus summū malum extremamq; molestiam. Eras. in Proverb.
Tyrius. a. un. quod est è Tyro insula. Vt ostrum Tyrium.
Tyriæ vestes, dicuntur Tyria purpura infecta. Ouid.
Tyria maria, prouerbium de re tumultuosa ac periculi
Tyrrheni, pop. sunt Italiæ ad Meridiem. (plena.
Tyrrheni. pop. Italiæ, quos Romani Tuscos ac Hetruscos appellant.
Tyrrhenia, a Tyrrheno Lydiæ rege condita est. (ta.
Tyrrhenia, de qua Ouid. Cōcurrit Latio Tyrrhenia toTyrrhenus. a. um. Claud. Lydius ediderat Tyrrhenæ gentis oruspex.
Tyrrhenum mare, quod adiacet Tyrrhenis, vela.
Tyrrhenis nautis, qui se in hoc mar præcipitauerunt. Seru. in 5. Aeneid Verg. (7.
Tyrrhus, pastor apud quem Lauinia peperit. Verg. lib.
Tyrtæus. Poeta Græcus, de quo Plat. in lib. de legibus.
Tyrus opp. iuxta Libanum montem. Plin. lib. 5. ca. 20.
Tysar, flu. est Galliæ Narbonensis.
Tysias, princeps & inuentor fuit artis Rhetoricæ. Cic. 1 de Inuentione.
Tytea, vxor Noæ in arca tempore diluuij seruata. Aretia, id est, terra vocabatur ab Armenijs quia mater omnium erat, & Esta, hoc est, ignis, posi mortem cognominata: quod ipsa sacrorum Regina fuerat, puellas q; docuerat sempiternum ignem sacrorum in extinctum seruare. Beros. lib. 1. & 3.
Tyttygias, latro fuit & Plagiarius in Arcadia. Eras. in Chiliad.

DE LITTERA V.

Vabar, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Vacama, opp. est Bæticæ. Plin. lib. 3. cap. 1.
Vacca, opp. Numidarum, forum rerum venalium celebre.
Vacca, fluu. est Lusitaniæ in Hispania. Plin. lib. 4. cap. 21. Vulg. Voga.
Vaccæi. pop. sunt Hispaniæ citerioris. Plin. lib. 4. c. 20.
Vaccenses, a Vacca Salustr. Vacenses fatigati regis supplicijs. (lib. 8.
Vaccus, dux Fundanorum in Priuernati bello. Liu
Vacomagi, pop. sunt Britanniæ insulæ. Ptol.
Vacontium, opp. est Pannoniæ inferioris. Ptol.
Vacorium, opp est Norici. Ptol. Hodiæ Villaeum.
Vacuna, Dea quæ præerat ociosis & Vacātibus. Fest. * & Ouid. lib. 9. Fasto.
Vacunæ, sacrificabat agricolæ, quum post collectas fruges quiescebant.
Vada nomé retinet inter Volaterras & Pisas. Io. An.
Valata, ciuit. est Cappadociæ. Ptol.
Vaddasi, pop sunt Mediæ. Ptol.
Vadeni, pop. sunt Arabiæ felicis. Ptol.

Vadicaſi,pop.ſunt Galliæ Lugdunenſis.Ptol.
Vadimonis lacus,eſt in quo fluctuant inſulæ. Pli.lib.1. cap.25.Vulg Lago de Baſſanello.
Vartomiõ,vrbes inter Syriam,& Armeniam.Steph.
Væſapa,ciuit.eſt Armeniæ minoris.Ptol.
Vafriæ,quæ Acerræ,opp.eſt Tatij quod interiit.
Vaga,opp.eſt Cirteſiorum in Africa.Ptol.
Vagæ,arum opp.eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.Ptol.
Vageni,pop.ſunt Ligures Ciſalpini.Plin.lib.3.
Vagenſe,opp.eſt Africæ propriæ.Plin.lib.5.cap.4.
Vagoritum,opp.eſt Galliæ Lugdunenſis.Ptol.
Vagum,prom.eſt Corſicæ inſulæ.Ptol.
Vala,pop.eſt in Thracia.Ptol.
Vala,opp.eſt Mauritaniæ Tingitanæ.Ptol.
Valentia,opp.eſt prouinciæ Narbonenſis. Ptol.Vulgo. Valence.
Valentia,Bimaſa cognominata,opp.eſt Mauritaniæ.
Valentia,ciuit.eſt Hiſpaniæ citerioris.Plin.lib.3.cap.3. Ptol.lib.2.cap.10.& Mela.lib.2.
Valentini,pop ſunt Hiſpaniæ citerioris.
Valentinum,quod Forofuluum,opp.eſt Calabriæ.
Valentinus,hæriticus quidam:anno Salutis.142.
Valeria,via celebris eſt in Italia.Strab.lib.5.
Valeria,ciuit eſt Sardiniæ inſulæ.Ptol.
Valeria,ciuit.eſt Celtiberũ in Hiſp.Ptol.Vulg. Cuẽca.
Valerienſes,pop ſunt ab vtraq; Valeria.Plin.lib 3.
Valerij,prius Valeſij ſunt appellati, ſicut Furij Fuſij. Quintilian.
Valerius.L Valeſij filius à Romanis Publicola appellatus de Veientibus,& Sabinis triumphauit.
Valerius,alius.M. Publicolæ frater, Conſul cum Poſthumio Tuberto Sabinos deuicit.
Valerius Coruinus,Tribunus militũ,qui reliquias Gallorum Senonum vicit. Liu lib.7.
Valerius Leuinus,Conſul cum Pyrrho prælio in Lucania congrediens infeliciter pugnauit.
Valerius Leuinus,alius,qui contra Philippum regem. Macedoniæ feliciter bellum geſſit.Liu.lib 7.
Vallerius Flaccus.qui conſul fuit cum Catone.Liu.
Valerius Soranus, Poeta quem Cicer.doctiſſimum togatorum appellat,interfectus à Pompeio.
Valerius Antias, ſcriptor hiſtoriæ ſæpe teſtis citatur ab auctoribus,vt a Liuio.
Valerius Procillus,militauit ſub Cæſare.
Valerius Maximus,ſcripſit dicta,ac facta memorabilia ad Tyberium Cæſarem.
Valerius Flaccus Poeta,ſcripſit Argonautica.
Valerius Martialis.Epigrammatum ſcriptor.
Valgius,Apollodori diſcipulus. Quint.lib.3 cap.5.
Valina,opp.eſt Pannoniæ ſuperioris.Ptol.
Vallæ,arum.ciuit.eſt Pieriæ in Macedonia.Ptol.
Vallei,pop ſunt. Macedoniæ mediterranei.
Vallonia.Dea putabatur,quæ vallibus præerat.
Valon,flu.eſt Mauritaniæ Tingitanæ.Ptol.
Vama,ciu.eſt in Hiſpania.Ptol.
Vamacures,pop.ſunt Africæ propriæ.
Vamicela,ciuit.eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.Ptol.
Vamuitæ,pop.ſunt Galliæ Aquitanicæ.
